SAMVELIS STRYKII,

ICTI, CELEBERRIMI,

POTENTISS. BORVSSIAE REGIS A CONSILIIS INTIMIS
ET PROFESSORIS IVRIS PRIMARII,
IN ACADEMIA CEL. FRANCOFVRTANA,

TRACTATIO IVRIDICA,

DE

RASVRA,

NOSTRIS:

Vom Müntzbeschnippelu, Beweißschrifftverfälschen, als Lehn- und Wechsel-Briefe, Steuer- und Erbzinß-Bücher, Testamente und Schuldverschreibungen, u. s. f.

OB MATERIAE PRAESTANTIAM ET IN PRAXI FORI
FREQVENTIAM DENVO EDITA.

FRANCOFVRTI ET LIPSIAE,
M DCC LV.

Bayeris
Staatsbibli
Münche

Digitized by Google

I. N. D. N. I. C.

PRAEFAMEN.

Reipubl. incolumitati nihil magis adversari; quam vitium istud nefandum falsitatis, quod primus ipse malorum fabricator, diabolus, in mundum introduxit, nullus ibit inficias. Etenim totus terrarum orbis, quantus quantus est, contaminatus hoc crimine atque corruptus est, imo hominum mentibus altis radicibus ita infixum, ut homines aliud nil nisi dolos, ac Machiavellicas præmiditari artes experiaris, veritate & candore ubique terrarum explosis, ludibrio habitis, exilio damnatis. Summopere itaque necessarium foret ut pensiore judicii trutinent lance atrox ac grave hoc, uti haud immerito à Domino Benedicto *Carpzovio*, memoriæ jam beatæ, in Pract. Crim. Part. 2. quæst. 93. n. 2. *appellatur crimen, quo scirent, falsum non tantum esse contra jus naturale, gentium, & civile; Sed & , quia Deus Dominus noster fallacis osor ac rosor,* Proverb. Salom. cap. 6. v. 19. *contra ipsum quoque*

jus divinum. Menoch. de Arbitrar. Jud. quæſt. caſ. 308. n. 4. *Hinc ex lege Moſaica puniebantur falſi teſtes ea pœna, qua puniendus erat is, contra quem proferebant teſtimonium. Joſeph.* lib. 4. antiq. c. 6. Deut. c. 19. *Apud Romanos vero, qui falſum dixiſſet, ex Saxo Tarpejo dejiciebatur. Gell.* lib. 10. noct. Attic. cap. 1. *Falſum vero non ſolum dicendo falſum teſtimonium committitur; Sed multis adhuc aliis modis, quos omnes recenſere breve temporis ſpatium non permittit, quam ob cauſam ſilentii ſupparo & ſipario eosdem involvam; De unico tantum in præſentiarum mihi erit ſermo, quod ſcil. radendo fit in Scripturis & Inſtrumentis. Et hanc materiam, cum hærerem in eligenda aliqua, quam publice ventilarem, & eruditorum exponerem diſquiſitioni, feci meam, quæ quamvis ſatis utilis & frequentia ſua in foro maxime commendabilis, rara tamen altiorisque indaginis atque conſiderationis, quod nemo, niſi qui peregrino noſtro injure adhuc it pede, negabit, adeo ut, quantum mihi conſtat, methodice hucusque non ſit tractata. Verum enim vero prolixa hujus materiæ prædicatione nemini ero moleſtus, ipſa ſeſe ſatis ſuperque commendabit, neque vino vendibili, ut ſolent loqui, ſuſpenſa hedera opus eſt. Itaque abſque ulla ulteriori verborum ambage ipſam rem,*

quan-

Digitized by Google

quantum ingenii mei concedet tenuitas, aggredior, eamque in quatuor dispescere conor capitula, quorum primum continere debet, rasuram in genere, alterum, ejus effectum, tertium, contraria, quartum denique, rasuræ dolosæ pœnam. Sed quia, si ex merito tractare materiam præsentem liceret, in multos quaterniones se nostra diffunderet disputatio, nolo hanc de rasura tractationem pleno calamo deducere, ne exercitii Academici metas transiliam, sed thetice hanc materiam tantum proponam ex variis Doctoribus colligendo, quæ huc facere videbantur, nec addam ubivis rationes, sed sufficerit mihi & textus & Dd. citasse, adque eos me brevitatis causa remisisse. Quorum Doctorum verba etiam malui interdum retinere, quam ea mutare & mea subjicere; Quod non vitio mihi dabis B. Lector, quippe cum unicum hoc mihi tantum fuerit propositum, hanc Materiam breviter ac Laconico, ex mente Doctorum, more proponendi, rationes vero, quæ ab utraque parte adduci poterant, conflictui Disputatorio reservandi.

Ut autem ad eliciendum vera & ad eliminandum falsa, felici progrediar sidere, à Deo, à quo, & cum quo, omne principium, medium & terminus fieri debet, Novell. 109. pr. *auspicabor:*

Nullus enim felix conatus & utilis unquam
Augmentum, si non detque juvetque DEVS.

CAPVT I.
DE
RASVRA IN GENERE.

SVMMARIA.

1. An Mentio vocis Rasuræ fiat in jure civili. 2. An in jure canonico. 3. Rasuræ Etymologia. 4. Ejusdem Homonymia. 5. Synonymia. 6. Quid sit cancellare, circumducere, inducere, abolere, interlere. 7. Quid sit Interlineatio. 8. Quæ differentia inter cancellare, circumducere, inducere &c. 9. Rasuræ Definitio, 10. Ejus Divisio.

Ne sine lege loqui erubescam, ut Imperator noster Justinianus Sanctissimus & Nobilissimus quo titulo eum insignit Scævola in *l. 3. ff. de natal. restit.* graviter monet *in Novella 18. cap. 5.* operæ pretium futurum spero, si, antequam ad accuratiorem hujus vocis & materiæ enodationem pedem promoveam, in recensendis & enarrandis Legibus ac capitulis, in quibus vocabuli nostri fit mentio, occupatus essem. Sed perrara hæc materia videtur, sicuti etiam revera est, ita ut, nullæ, quantum mihi licuit

licuit inquirere, in jure civili, reperiantur leges, in quibus dicta vox raſura eo ſenſu, quo nobis in præſenti venit, expreſſe contineatur; In eadem tamen ſignificatione voces aliæ, nimirum cancellare, delere &c. (quamvis inter hæc adhuc aliqua differentia, de qua infra) reperiuntur, quarum meminit *l. 1. 2. & 3. ff. de his, quæ in teſtamentis delentur l. ult. C. de Edict. Div. Adrian. tollend. l. inductum C. de ſolut. & ibigloſſ. l. 24. ff. de probat.* pluresve aliæ, quas ob penuriam temporis ſicco prætereo pede.

†2. In Jure canonico vero non pauca habentur capitula, in quorum ore eſt vocabulum *Raſura*, ſuffecerit allegaſſe *cap. ex literis 3. de fide Inſtrum. cap. licet ad regimen 5. de crim. falſ. cap. ex conſcientia d. t. cap. cum venerabilis de Relig. domib. cap. cum olim, de privileg.*

†3. His circa vocis exiſtentiam præmiſſis brevibus circa deſcriptionem utramque & nominalem & realem diſpiciendum. De Onomatologia autem cujus priorem ſemper habendam curam non tantum Philoſophi Ariſt. *1. Polit. 1.* Scaliger. *Exercit. 395. Sect. 1.* ſed & JCti *Ulpian. in l. 1. ff. de Reb. cred. l. 1. ff. de ſuſpect. tutor. Paulus l. 1. §. 1. ff. de tutor*, notant, multa me hic afferre neceſſum non puto.

putō. Etymologiam enim ſeu vocis primos natales, quod attinet, de ea inter omnes, ut non dubitō, qui aliqualem Latini idiomatis habent cognitionem, abunde conſtabit, fluit namque vox *Raſura*, à verbo *radere*, quod Germanicis eſt, ſchröpffen, ſcharren, kratzen, ſchaben, quod Grammaticis & Lexicographis relinquimus.

†4. Potius, quoniam quamplures apud diverſos authores paſſim aluntur raſuræ ſignificationes, ex re mea erit, ut ad tollendam ambiguitatem, Socratis quam penes Platonem ſuo dedit Theogini, ſequar cautelam: *Ante omnia*, inquit, *convenianus oportet, quidnam hoc eſſe putemus, de quo conſultamus, ne ego aliud exiſtimem, tu iterum aliud, & deinde longis paraſangis diſſentiamus.* Propterea ad vocis æquivocationem me confero cujus intuitu varia vox *Radere* ſumitur (1.) idem eſt ac *tondere*, in qua ſignificatione hac voce utitur *Jeſa. in cap. VII. 20.* ubi verba profert hoc modo: *In illa die radet Dominus novacula conducta vel acuta iis, qui ſunt trans flumen Aſſyriorum, caput & pilos pedum & barbam totam. Petr. Gregor.* Tholoſan. *in Syntagm. Juris univerſ. lib. 16. cap. 1. num. 18.* (2.) *Raſio* eſt quoddam pœnæ genus adulterorum, Saubertus *de Sacrific. p. 232.* & eorum, qui propria autori-

toritate, confugientem ad ecclesiam, avulserunt extraxeruntve, ii verberibus affecti rasique relegabantur. Tholos. *lib. 33. c. 21. n. 4.* vid. *L. Pateant. 44. C. Theodos. de his, qui ad Eccles. confug. L. 9. Tit. 45.* Datur etiam Rasura ecclesiastica in Monachis Ascetrys usitata, sed nec huc pertinet, & de ea poterit videri *Dn. D.* Dorscheus *in vindiciis interventionis contra Cornæum p. 217. & seqq.* (3.) Radere etiam pro diminuere accipi solet, quo sensu moneta radi dicitur, in quam rasuram specialis pœna statuta à Carolo V. Imp. in der P. H. Ordn. Art. III. Wenn einer der Müntze die rechte Schwere gefährlich benimmt, der soll gefänglich angeleget, und nach Rath an Leib und Guth, nach Gestalt der Sachen, gestraffet werden, & de Jure Regni Neapolitani publicatis bonis ad mortem damnatur, *Joan. Baptist.* Bajard. *in annot. Jul. Clar. ad Pract. crim. §. falsum. num. 325.* loquitur quoque de hac rasura nummorum *l. 8. ff. ad Leg. Corn. de falsf.* Mihi vero nihil aliud est (sicuti Gallis fari dulce est: *Rasure de lettres ou de mots*) quam in Scriptura quæcunque etiam sit aliquid radendo delere, etwas auskratzen, abschaben, daß man es nicht lesen kan.

† 5. Remoto diverso rasuræ significatu, ad

ultimam, (quia id tantum perfectum, quod ex omnibus suis constat partibus *per l. 1. ff. de Orig. Jur.*) definitionis nominalis partem properandum, quippe quæ onomatologiæ & nominis explicationis pars principalis. Sunt vero synonyma rasuræ sequentia; inter quæ non ultimum obtinet locum (1.) vocabulum *cancellare*, quod est, scripta transversis veluti cancellis seu lineis cancellatim ductis, &c. *expungere*, *illinire*, *delere*, uti Ulpianus JCtus describit *in l. cancellaverat quis testamentum & ibidem l. proxima ff. de his quæ in testam. delentur.* Conf. *L. 24. ff. de probat. L. 1. §. 8. ff. si tabb. testam. null. extab.* Vel cancellatio in stricta sua significatione dicitur, quando penna oblique per folium in morem crucis ducitur. Farinac. *l. 5. quæst. 153. p. 6. n. 30.* Mascard. *de Probat. concl. 25. num. 2. vol. 1.* *Nicol. de* Passer. *Tr. de privat. scriptur. lib. 1. Quæst. pr. 6. Dub. 2. num. 1.* vel quando lineæ ita cancellatim ducuntur, ut speciem & formam Cancellorum repræsentent. Unde nomen quoque *Cancellarii* deductum, quod præsit Cancellis sive scriniis, qualia quatuor olim erant Scrinia, Memoriæ, Epistolarum, Libellorum, & Dispositionum. *L. 3. C. de prox. Sacror. Scrin. lib. 12.* Sed cum *Cancellare* etiam *Delere* vel *Inducere* significet. *L. 22. C. de solut.*

Digitized by Google

lut. L. 2. ff. de his quæ teſtam. delent. Hinc nomen quoque Cancellariùs à *cancellando*, i. e. *lacerando*, & *inducendo* ortum exiſtimant aliqui, cum hujus officium, ut, ſi præter æquitatem & jus videat libellos vel codicillos oblatos, ſubſcribendo, aut ſigillo Regio authorandos cancellet, inducat, & rejiciat Calvin. *in Lexico ſuo Jurid.* voce *Cancellarius.* Tholoſanus *fuſius in Syntagm. Juris univerſ. lib. 37. c. 29.* Schepliz. *in conſvetud. March. Part. 2. tit. 2. §. 1.* Inde verſiculi:

Hic eſt qui leges Regni cancellat iniquas,
Et mandata pii Principis æqua facit.
Si quid obeſt populo, vel legibus eſt inimicum!
Quicquid obeſt per eum deſinit eſſe nocens.

† 6. Inde Mynſingerus Quæſtoribus candidatis, qui libros Imperatorios ac literas legebant, ſummoque in honore erant, candida veſte, integritatis inſigni perſpicui, comparat Cancellarios; Atque hoc munere functus eſt apud Juſtinianum Tribonianus, inter Togatos primus, ut eſt apud Suidam. *in proœmio Inſtit. §. cumque hac.* Hodie ubivis fere ſicut & in aula potentiſſimi Electoris noſtri Brandenburgici officium Cancellarii quoad adminiſtrationem juſtitiæ ſummum eſt, Schepliz.

d. l. num. 13. Sed hæc obiter (2.) Alterum Synonymum eſt circumducere quando extra literas ducta eſt penna, vel quando ea circumcirca ducta. *Gloſſ. in l. ſi quis libertatem 7. verb. inducatur ff. de Petit. hered.* Farinac. *d. quæſt. d. n. Nicol. de* Paſſer. *de privat. ſcript. lib. 1. Q. 6. dub. 2. num. 2.* (3.) *Inducere*, cum calamus per medias ducitur literas, vel in nativa & genuina ſi conſideretur ſignificatione, eſt inducere, ducto per ceras, in quibus olim ſcribebatur, ſtylo *l. inductum 22. C. deſolut. & ibi Gloſſ.* Weſenb. *in parat. de his quæ in teſtament. delent.* (4.) Abolere quando abraditur litera vel aboletur, ita, ut legi non poſſit, quod & delere dicitur, de quo *Cujac. ad tit. ff. de his quæ in teſtam. delent.* (5.) *Interlere*, quod idem eſt ac *cancellare*, *l. 12. C. de teſt. gloſſ. ad hanc legem*, alias etiam *interſignare*, *gloſſ. d. l.*

†7. Haud incommode poteſt referri (6.) ad Synonymiam raſuræ *Interlineatio*, vel ut alii malunt, ſuperlinearis Scriptura, ſeu additio inter unam & alteram lineam, quæ quamvis longe à raſura diſtare videatur, quia nihil interlineatione deletur, ratione effectus tamen omnino convenit cum ea, de quibus infra plura.

†8. Cæterum hæc verba ſuperius adducta ma-

magnam cum raſura habent affinitatem, nec inter ſe differunt niſi in modo. Malcard. *de Probat. concl. 256. num. 3. vol. 1.* Accurſ. *in l. ſi quis libertatem 7. verb. inducatur ff. de Pet. hered. ibique Gloſſa & in l. inductum C. de ſolut.* Bart. *in d. l. Si quis 22. libertatem.* Odofred. *l. 1. col. 2. in verbo inductum ff. de his quæ in teſtamentis delentur. & in verbo perducta.* Godofred. *num. 1.* Bald. *in cap. ex literis 3. num. 2. verb. nam raſura de fide Inſtrum.* In effectu enim, quoad vitiandum inſtrumentum coincidunt. Malcard. *d. n. 3. Nic. de* Paſſer. *d. Dubit. 2. n. 3.*

†9. In Pragmatologia haud inepte ſibi primum tribuit locum definitio, quæ definiti explicatio, ſeu quæ ipſam eſſentiam rei, accurate loquendo, per genus & ſpecies declarat ſecundum Philoſophos, ad quam jam progredior. Aſt vero cum mihi non ignotum omnem definitionem in jure eſſe periculoſam, parum eſt enim ut non ſubverti poſſit per *l. 202. ff. de Reg. Jur.* cujus legis ſenſum vulgarem in præſenti retinemus, non promitto definitionem perfectam vel talem quæ ἀκρίβειαν ſapiat philoſophicam, ſed tantum deſcriptionem, & quidem talem, quæ uſum juris magis, quam præcepta reſpicit Philoſophorum: Sit itaque hæc: RASVRA EST ACTVS, QVO LITERAE SCRIPTV-

PTVRAE ALICVIVS RADVNTVR, ITA, VT AMPLIVS LEGI NON POSSINT. Eſt hæc deſcriptio generalis, quoniam in genere hic de raſura agitur, ſive ea ſit in teſtamento, ſive inſtrumento, ſive in edicto Principis, imo ut Laconica utar rotunditate, ſive ſit in publica, ſive in privata ſcriptura. Generis loco poſui *actus*, quod vocabulum in jure noſtro generale eſt, multa ſignificans, *ut l. in actus legitimi 77. ff. de Reg. J. in l. eum actum 17. ff. de negotiis geſt. in l. labeo 19. ff. de V. S. in l. cum ſervus 82. in f. de condit. & demonſtrat. interdum etiam pro ſpecie ſervitutis ſumitur, ut in l. 1. §. 1. ff. de ſervit. ruſt. præd.* Et hic quoque generaliter accipitur pro facto aliquo, quod poſtmodum ſpecialius in turpe & licitum diſtingvi poterit. Turpe enim raſura factum eſt, ſi dolose fiat. Licitum, ſi intentio fraudandi abſit. Objectum circa quod verſatur raſura ſunt *literæ*, ex quibus ſatis luculenter apparet, me tantum loqui de ea raſura, quæ fit in ſcriptura. Verba: *ita ut legi non poſſint*, indicant quale ſit diſcrimen ratione modi ſcil. inter cancellare, inducere &c. de qua jam antea laxius verba in lucem emiſimus, nam quæ cancellata ſunt, illa legi adhuc poſſunt, non quæ raſa, quanquam & raſura ſuos admittat gradus,

†10. Quoad definitionem & nominalem & realem hucusque consideravi rasuram, ordine postulante ad divisionem, (qua tanquam Thesei filo è controversia veluti ex Labyrintho evolvere nos possumus) me converto, vetus namque dictum est; qui bene distingvit, bene docet. Dispesciturhæc vox à variis Dd. varie (1) Alia est in suspecto loco, utpote ubi annotatio temporis recensetur, vel circa annos domini (tunc præcipue quoties temporis prioritatem tribuit, sicuti fit ratione hypothecæ) seu circa institutiones heredis. Bartol. *in l. ult. Cod. de Edict. Divi Adr. toll.* & Jason. *in l. si unus 12. C. de testam. cap. cum venerabilis 7. de Religios. domib.* Farin. *quæst. CLIII. num. 77.* cum qua convenit omnis ea, quæ est in substantiali loco, vel parte, in qua tota consistit vis testamenti vel instrumenti vel alterius scripturæ. Gloss. *in verb. vitiatum l. f. C. de edict. div. Adrian. toll.* vel in loco fundamenti, ex quo agitur; vel in loco de quo erat quæstio; vel circa illa quæ sunt de solennitate, ut in subscriptione testium vel nominis, seu ut brevibus me expediam, in qua parte instrumenti subsistit substantia. Farinac. *d. quæst. d. n.* Mascard. *concl. 256. num. 4. vol. 1.* Alia est in non suspecto vel non substantiali loco veluti in exordio, quod Notarii

ad

ad ornamentum teſtamenti præponunt *Jaſon. d. l. n. 6.* vel in aliquo legato Bart. *d. l. n. 6.* modo non de ipſa validitate legati, ſed teſtamenti quæſtio ſit; nam ſi delegato quæreretur, & in eo deprehenderetur raſura, omnino eſt pars ſubſtantialis. In genere vero tunc Raſura non eſt in loco ſuſpecto, ſibi ſit ubi non eſt vis quæſtionis. Farin. *d. quæſt. & n.* (3.) Alia eſt in narrativis, quæ fit in narratione facti cap. *ex literis 3. de fide inſtrumentor.* de Affict. *Dec. 493.* (4.) Alia abraſio eſt in diſpoſitivis verbis de Affict. *d. D.* (5.) Alia abraſio cancellatio eſt formalis cum cauſa, propter quam facta eſt cancellatio, ut ſi creditor Notario mandet, ut cancellet inſtrumentum, quia ſibi ſatisfactum, de qua cancellatione eſt *l. emptor. 47. §. Lucius 1. ff. de Pactis l. qui tabulas 27. l. Fullo 82. §. ult. ff. de Furt. L. diſſolutæ 2. C. de Cond. ex lege.* (6.) Alia eſt informis quæ eſt ſine cauſa & propterea dubia. Menoch. *de præſumt. lib. 3. Præſ. 141. n. 1. & 2.* Tuſch. *concl. 20. n. 12. lit. C.* (7.) Alia cancellatio fit verbo, ut, quando partes inſtrumentum pro cancellato habent, *L. 47. §. 1. ff. de pact.* quia evacuatum dicitur, etiam antequam cancelletur, verſi tantum in margine ſcriptum, *ſolvit. Alexand. Vol. 7. Conſil. 164.* licet hæc cancellatio ſit impropria. *Vivius lib. 2.*

Deciſ.

Digitized by Google

Decis. 298. num. 14. (8.) Alia fit facto, quando fit cum effectu cancellatio in totum, ut legi non possit, & hæc potentior est. Quatenus cassatio & cancellatio ad jus refertur intelligitur de verbali, quatenus ad statutum, de ea, quæ est facti, Tusch. *concl. 20. per tot. Lit. C. statuta enim magis propriam amant significationem.*

CAPVT III.
DE
EFFECTV RASVRAE.

SVMMARIA.

1. Rasura falsitatem arguit scripturæ. 2. Præsertim si ab eo facta, qui utitur eadem. 3. Hoc verum si in loco suspecto & substantiali. 4. Decisio Francovadana. 5. Exemplum Camilli Borelli. 6. Omnis Scriptura diem, mensem, annum & Consulem habere debet. 7. Requisita falsitatis. 8. Etiam modica rasura Scripturam falsificat. 9. Imo subtilissima. 10. Si rasura in investitura. 11. Si in literis cambiorum. 12. De cancellatione. 13. An instrumentum in parte cancellatum totum falsum. 14. Cancellatio partis instrumenti vel testamenti impedit immissionem. 15. Si chirographum cancellatum apud creditorem vel apud debitorem reperitur. 16. Testamentum cancellatum tollitur. 17. De bannito è banno cancellato quid statuendum Cancellatio actorum habet vim sententiæ. 18. De Interlineatione, circumductione & interdictione.

† 1. Breviter hoc modo in genere pertractata raſuræ materia, ad ſpecialiora nimir. ad ejus effectus me accingo, aſſerendo, raſuram ſive raſam Scripturam, maxime cum ſimus in papyro, in quo facilius tegitur abraſio, quam in membranis, falſitatem arguere, & tanquam falſam rejici poſſe, nihilque prorſus probare. *Confer. cap. inter dilectos 6. verb. inſtrumentum quoque de fide Inſtrum. Camillus* Borellus *conſ. 23. n. 25.* Bartol. *in l. f. C. de Edict. Div. Adrian. tollend.* Panorm. *in cap. ex literis 3. num. 3. de fid. inſtrum. & in cap. cum venerabilis 7. de Relig. dom.* Maſcard. *de Probat. concl. 1254. n. 1.* Gloſſ. *in l. jubemus 24. C. de probat.*

† 2. Præſertim ſi facta ab eo, qui utitur inſtrumento *Matth.* de Afflict. *Dec. ult. num. 10.* Cephal. *conſ. 287. n. 39.* in quo capite præſumtio militat contra illum penes quem reperitur inſtrumentum. *Paul.* de Caſtr. *in l. 1. ff. de his, quæ in teſtamentis delentur Dd. in l. ſi unus 12. C. de Teſtam. inter quos* Jaſon. *num. 9. item in l. Majorem 4. C. de falſis.* Menoch. *Præſ. 141. n. 4. lib. 3.* Maſcard. *de probat. concluſ. 156. n. 9.*

† 3. Hoc vero tantum procedit, ſi in loco ſuſpecto & ſubſtantiali in quo tota Scripturæ ſubſtantia vertitur, doloſe adhibita raſura, quæ absque

que dubio falsi suppeditat præsumtionem, secundum *cap. cum venerabilis 7. de relig. domibus*, *ibique* Zabarella *n. 2.* Bart. *in l. fin. num. 3. C. de edict. Div. Adr. toll. & in l. si unus 12. C. de testam. num. 1.* Menoch. *Præs. 99. num. 3. lib. 1. & præs. 20. lib. 5.* Farinac. *quæst. 153. p. 4. num. 64. & 77.* Mascard. *de probat. concl. 1254. n. 1.* Menoch. *de Arbitrar. Jud. quæst. c. 187. n. 41. lib. 2.* Natta *in cons. 633. num. 6. & seqq.*

† 4. Uti etiam ex lectione publica *JCtissimi Dn. D. Brunnemanni Præceptoris mei æternum devenerandi*, memini, pronunciatum à Facultate Juridica Academiæ hujus Francovadanæ, in casu, ubi Titius contra Mevii heredes ex jure cesso agebat, quia vero in instrumento cessionis rasura apparebat, & quidem in loco suspecto, contra Titium, qui etiam jam ante falsi criminis condemnatus, responsum est *die 28. Novembr. A. 1652.* quem casum postea retulit *Dn.* Brunnem. *in P. 1. Decis. 89.*

† 5. Simile fere exemplum refert tanquam magnum præjudicium, *Camillus* Borellus *in cons. 23.* ubi pari ratione cessionis chirographum ducatorum circiter viginti millium Pupilli à tutoribus erat rasum & ut rasura non appareret, quoniam jam visibili vitio aperta erat, supra eam ex atramen-

to magna macula conſperſum, quæ dies, menſis & annus occluſi, ita ut amplius videri vel ſciri non poſſent, quam ob cauſam teſtes, qui ſcripturam illam ſubſcripſerunt ſimul cum Notario examinati, per Auditorem Regium, factam eſſe raſuram ac atramento deletionem animo committendi falſitatem ipſi aſſeruere.

† 6. Quis ergo non diceret hanc ſcripturam eſſe falſam, cum & raſura in loco ſubſtantiali ſcil. in annotatione temporis, omnis namque ſcriptura, ex qua infallibilis probatio depromenda, menſem, diem, locum, annum & conſulem continere debet. Bald. *in l. Script. 11. C. qui potior. in pign. hab.* præſertim ſi ex tempore jus quoddam ſpeciale dependeat, ut in hypotheca, quæ cum ſint caſſa raſa, maculata, etiam ſi teſtibus coadjuvaretur, non proficeret Bart. *in l. f. col. 2. num. 3. verſ. contra hoc oppono. C. de Edict. div. Adr. toll.* Bald. *in l. 2. col. 1. n. 4. verſ. & nota quod ſummaria. C. uti in poſſ. leg.* Diſtingvendum tamen hic quoad teſtes eſt, an agatur de ſimplici executione Inſtrumenti, ſeu de vi executiva, quam alias parit Inſtrumentum Gvarentigiatum, & tunc nullo modo ſcriptura confirmari poteſt per teſtes; quia executio inſtrumenti prærequirit per ſe formam nullibi vitiatam, ſine proba-

probatione extrinsecus accedente: An vero agatur de probando aliquid in judicio; & tunc instrumenti fides dubia coadjuvatur extrinseca testium productione. Mascard. *de Probat. concl. 1254. n. 13.* Hic enim instrumento plane non est opus, cum per solos testes probatio possit absolvi.

† 7. Adesse vero hoc casu omnia tria requisita debent, quæ ad falsitatem conjunctim LL. & DD. exigunt, quorum primum est dolus, falsi causa proxima per *l. 16. ff. de testibus l. eos 27. ff. ad Leg. Corn. de fals.* sine quo falsitas non committi solet. *l. 23. l. 31. ff. d. tit. l. nec exemplum 20. ff. eod.* Tusch. *concl. 90. num. 12. Lit. N.* Paris. *in cons. 169. n. 28. lib. 4.* Menoch. *de Arb. Jud. quæst. lib. 2. c. 309. n. 1. & de præsumt. præs. 20. num. 51. l. 5.* Mantica *cons. 278. num. 21. lib. 1.* Malcard. *de Probat. lib. 2. concl. 739. num. 12.* Mynsing. *in §. item lex Cornelia 7. n. 2. J. de publ. Jud.* Panorm. *in cap. ex literis 3. de fid. Instr. num. 3.* nec dolus præsumptus sufficit, sed amplius probari debet, in dubio enim error potius, quam dolus præsumitur, imprimis in homine bonæ famæ. Tusch *concl. 91. num. 3. Lit. N. JCtus Benedictus* Carpz. *in Pract. Crim. p. 2. quæst. 93. n. 7.* Menoch. *de Arbitr. Jud. quæst. cas. 308. n. 8. lib. 2. & de præsumt. lib. 5. Præs. 20. n. 1.* Conjunctim

dixi tria requiri requisita, falsum namque *à Domino Habnio* definitur, quod sit dolosus actus veritatis mutandæ causa ad alterum decipiendum factus. add. Wesenb. *de falsf.* Ideoque non dolus tantum valet instrumentum reddere falsum, sed etiam adsit opus est secundum, veritatis videlicet mutatio, *l. 23. ff. ad L. Corn. de falsf.* & tertium, proximi nocumentum, *Matth.* de Afflict. *Decis. 21. num. 12.* Carpz. *dec. 8. & quæst. num. 10. Paul.* de Castro *lib. 1. cons. 130.* quod non tantum quoad effectum, sed etiam quoad potentiam intelligendum. Malcard. *consil. 70. n. 13. & seqq.* Bald. *in l. si falsos C. de falsf. Hierom.* Gabriel. *in cons. 169. n. 20. vol. 1. Bartolom.* de Cassæneo *in consvet. Burgund. rubr. 2. §. 1. n. 29. inf.* Menoch. *de Arbitr. Jud. quæst. l. 2. cas. 306. n. 33.* His stantibus tribus requisitis scripturam falsam posse pronunciari nemo negabit, hoc sc. effectu ut pœna L. Cornel. de Falso locum habeat. *Camill.* Borell. *d. cons. 23. n. 1. Matth.* de Afflict. *Dec. 404. n. 8.* Carpz. *d. l. n. 14.*

† 8. Et hoc adeo verum ut etiam rasura modica vel unius Syllabæ & paucarum literarum scripturam efficiat falsam. Farinac. *quæst. 153. n. 69. & Authores, quos ibi allegat.* Licet ita subtilis ac tenuis ut videri, nisi ad solem elevetur, nequeat, *gloss.*

in

in cap. licet 5. verb. tenuem de crimine falsi. Hostiens. *in cap. ex literis 3. de fide instrum.* Præcipue ut volunt Canonistæ, in literis Apostolicis, ubi si quis unicam Syllabam vel unicam literam, vel etiam dimidiam & punctum aliquod, raserit, deleverit, diminuerit, mutaverit, eas reddit falsas *Canonistæ in cap. fin. de crim. falsi.* Panorm. *in cap. ex literis 3. num. 3. de fid. instrum.* Distingvendum tamen hic & videndum an sint literæ gratiosæ, an vero justitiæ, si gratiosæ sint, & in iis dicta modica reperitur rasura omnino scripturam falsificare videtur, si vero justitiæ sint literæ, aliter res sese habet, nisi sensus verborum mutetur. *Matth.* de Afflict. *Dec. 404. num. 1. in f.* Zirabella *in cap. ex literis 3. n. 2. Prosp.* Farinac. *Q. 151. n. 44.* Difficilius enim privilegium quam rescriptum ad lites impetratur; unde facilius præsumitur falsitas in privilegio quam in rescripto ob rationem suppeditatam in *cap. pen. de crimine falsi.* Quæ enim difficulter obtinentur, illa magis fraudibus subjecta. Panorm. *in cap. ex literis 3. de fid. instrum. n. 2.*

† 9. Nec obstant nobis Mascardus *lib. 3. concl. 1254. num. 10. & ibi allegati Authores* contrarium statuentes, rasuram scilicet modicam minime vitiare scripturam; Nam id aliter explicari nequit,

quam

quam de loco non ſuſpecto & non ſubſtantiali, vel quando ex Præcedentibus & ſequentibus verus verborum colligitur ſenſus, *Gloſſ. in cap. cum venerabilis in verb. propter prædicta. verſitem quid ſi raſura de Relig. dom.* adeo ut nullum remaneat dubium. Dubium vero non uniuscujusvis eſt admittendum, ſed tantum ſapientis. Menoch. *de Arbitr. Jud. quæſt. lib. 2. caſ. 187. n. 41.* Maſcard. *de Probat. concl. 1254. num. 2. lib. 3.* Ubi nec reſcriptum Apoſtolicum nec aliud inſtrumentum propter talem raſuram cenſetur vitioſum. Panorm. *in d. cap. n. 1. & ipſum cap. ex literis de fid. inſtrum. cap. ex conſcientia de crim. falſ. Dd. in l. fin. C. de Edict. Div. Adr. toll. & in l. ſi unus C. de teſtam.* Jaſon. *ibi num. 6. &* Bart. *n. 1.* Nihilque etiam nocet raſura ſi in genere, e. g. inſpectio alicui ſuper omnibus, quæ in hac civitate ſunt eccleſiis conceſſa in reſcripto aliquo, & quædam ſpecificatæ, veluti ſuper eccleſia D. Thomæ vel Mariæ &c. & licet poſtea unum vocabulum Thomæ vel Mariæ raſum, nil refert, quia ſpecialiora ſub generalibus ſemper continentur. Panormit. *loc. & dec. num. 4. in f.* Et hinc quoque pars non ſubſtantialis tali caſu cenſetur raſa.

† 10. Sed quid dicendum, ſi raſura in inveſtitura, ut exemplum proponit *Matth.* de Afflict. *in Dec.*

Digitized by Google

Dec. 404. ubi quidam non in inveſtitura, ſed in confirmatione feudi abraſit hanc clauſulam : *quatenus in poſſeſſione exiſtit*, in ejusque locum poſuit ſequentia verba : *ſecundum tenorem privilegii.* Eſſet hic caſus decidendus ex jure feudali, verum quantum ego quidem novi, in jure feudali nihil habetur de tali caſu vel de raſura, ideoque textibus & rationibus feudalis juris deficientibus, controverſiæ feudales poſſunt ex jure communi decidi. *2. F. 1.* Vultej. *2. f. c. 3. n. 24. 25. & lib. 1. c. 4. n. 8.* Roſenthal. *cap. 1. conſ. 11. lit. A.* Schrad. *part. 1. quæſt. 4.* Hunnius *de Author. Jur. c. 8. quæſt. 4.*

† 11. Si in cambiorum literis eminet raſura, idem ſtatuendum, ac ſi eſſet in inſtrumento publico, nam ubi eadem juris ratio, ibi eadem juris diſpoſitio ; Sunt enim cambiorum literæ publici ad inſtar inſtrumenti licet non ratione ſolennitatis in confectione, tamen ratione effectus, Tuſch. *concl. 13. num. 1. Lit. C.* & quidem de conſvetudine, licet alias tantum ſint literæ privatæ, poteſt tamen conſvetudo dare robur privatæ ſcripturæ, illamque facere publicam, Tuſch. *concl. 362. num. 2. Lit. L.* Habet enim conſvetudo vim Legis.

† 12. Quæ hactenus de raſura dicta, quæritur : Utrum ea, æque ſibi vendicent locum in can-

cellatione? Et Reſpondetur, quod ſic, nam cancellatio in loco ſuſpecto & ſubſtantiali ſuper iis, quæ ad ſcripturæ ſolennitatem pertinent pari ratione ac raſura inſtrumentum reddit ſuſpectum, falſitatemque inducit & fidem tollit, & in eodem loco ſuſpecto vel ſubſtantiali cancellatio dicitur, in quo raſura, itemque in eodem loco non ſuſpecto & non ſubſtantiali, *cap. inter dilectos. §. Inſtrumentum de fide inſtrum.* Bald. *in l. ſi unus num. 2. C. de teſtam.* Berojus *conſ. 1. num. 3.* Bart. *in l. fin. C. de Edict. D. Adrian. toll.* Maſcard. *de Prob. l. 1. concl. 256. n. 4.* Menoch. *de præſumt. lib. 1. quæſt. 99. num. 3. & ſeqq.* Bajard. *ad Jul. Clarum in §. falſum. num. 197.* Jaſ. *in l. ſi unus num. 6. C. de teſtam.* Hoc tamen ita intelligendum, ſi conſulto ſit facta cancellatio, ſecus ſi inconſulto & ex errore. Talis enim Cancellatio non tollet fidem inſtrumenti, ſed eandem vim retinet, quam ante cancellationem habuit, nam quod incaute factum eſt, pro non facto habetur, ſi legi poſſit *L. 1. §. 1. ff. de his, quæ in teſtam. del.* Farinac. *Q. 153. num. 43.* Non tamen effectum paratæ executionis tale inſtrumentum retinebit, cum prius probatio neceſſaria ſit, inconſulto factam eſſe lituram vel cancellationem. *Vid.* Trentacinqu. *lib. 2. reſolut. Tit. de fid. inſtrum. Reſ. 11. n. 2. Joh. Baptiſta Aſinius d. Exerc. §. 1. c. 33. n. 3.* †13.

Digitized by Google

†13. Exinde quæstio hic occurrit: An instrumentum in aliqua parte cancellatum, totum sit falsum? an vero tantum in ea parte, in qua reperitur cancellatio? qua de re inter DD. magna vertitur controversia, alii affirmant prius, scilicet, quod maxime ob partis vitium totum reddatur vitiosum, & pro sua opinione stabilienda, adducunt, *l. 12. C. de susceptator. lib. 10.* quæ tamen lex huc non quadrat, sed de eo casu loquitur, quando Notarius semel de falso condemnatus, quod amplius instrumenta conficere nequeat, ut expresse indicant verba. Hoc hic applicari neutiquam potest, nec exinde elici, quod si Notarius una in parte commisisset falsitatem, idcirco alteram partem scripturæ, quæ falsa non apparet, vitioque caret, falsam esse præsumendam, alias enim omnia ejus, quæ antea perfecit, forent falsa instrumenta, quod absonum & absurdum: Cum futurum falsum hoc casu facilius præsumatur, quam præteritum, per *Dd. citat. ab Excell. Dn. D.* Brunnemanno *ad d. L. 12. C.* Alii pro negativa tanquam pro aris & focis dimicant, & asserunt, si testator solum in aliqua parte testamentum, ut puta heredis unius nomen, cancellaverit, in aliis partibus non cancellatis, firmum manere, quod & probari potest per *l. 2. ff. de his,*

quæ in teſtam. delentur JCtiſſimus Dn. D. Brunnemannus *in repet. paratit. VVeſenb. tit. eod. quæſt. 4.* Gravett. *in Conſ. 128. n. 1. verſ. in dubio. Julius* Clarus *lib. 3. recept. ſentent. in §. teſtamentum. quæſt. 93.* Panorm. *in cap. ex literis n. 4. in f.* Et hæc etiam opinio firmo ſtat talo, præprimis ſi falſitas commiſſa non dolo vel vitio ipſius Notarii, ſed per fallam partis aſſertionem. Felin. *in cap. fraternit. n. 20. de hære. Anton.* Gabriel. *concl. 3. num. 12.* & ſi pro partibus reliquis efficaciores ſint præſumtiones, præſumtio enim validior tollit debiliorem. *l. Divus H. de in integr. reſtit.* In parte vero ſubſtantiali vel in tali, quæ per ſe totam fidem inſtrumenti adimit, vitiavit, prima opinio obtinet, *l. jubemus C. de teſtam.* Fachin. *de controv. jur. lib. 9. cap. 97.* Menoch. *Præſ. 21. num. 3. & ſeqq. lib. 5.* qui ibi uberius hanc tractat controverſiam. Subſtantia enim inſtrumenti vitiata, reliqua quoque corruant neceſſum eſt, quæ eidem adhærent. Trentacinqu. *lib. 2. Tit. de fide inſtrum. Reſol. 11. n. 3.* Modo tamen unius inſtrumenti non dentur ſubſtantialia alia, quæ ſuam dependentiam non habeant ab illo quod deletum; ſit enim non mox reliqua vitioſa dicenda. Unde ſi unius hæredis nomen Cancellatum, reliquorum hominibus ſalvis ſalvisque aliis teſtamenti

Digitized by Google

ti ſolennibus, non inde vitioſum eſſe debet teſtamentum, quia heres cancellatus, ſi alii ſuperſint, abeſſe à teſtamento & hinc ratione teſtamenti totius hæc Cancellatio hæredis pro pure non facta in loco ſubſtantiali, ſed tantum accidentali. *Conf. L. Jubemus C. de Teſtam. & L. 2. ff. de his quæ in teſtam. delentur. Sichard. ad L. 12. C. de Teſtam. n. 8.* In eo vero conveniunt omnes, quod raſura vel Cancellatio in parte non ſubſtantiali facta, inſtrumentum totum non vitiet. Maſcard. *de Probat. d. Concl. num. 9.* Aſin. *de Execut. §. 1. cap. 34. Nicol.* de Paſſer. *de privat. Scriptur. lib. 1. Q. 6. dub. 2. num. 8. ſeqq.* Farinac. *Q. 153. num. 38.*

† 14. Cancellatio in parte Scripturæ, quamvis non faciat ut totum inſtrumentum fiat falſum, tamen, quia vitium patens & viſibile, impedit paratam executionem vel immiſſionem in poſſeſſionem, *ex l. ult. C. de Edict. Div. Adrian. toll. Dn. D.* Brunnemannus *in repet. parat.* Welenb. *tit. de teſtament. quæſt. 32.* Menoch. *de Præſumt. quæſt. 99. n. 6. l. 1.* donec diluatur hæc ſuſpicio contrariis probationibus, quibus fides inſtrumenti confirmetur, *l. jubemus C. de probat.* niſi tamen in loco plane non ſuſpecto, & ſubſtantiarum teſtamenti penitus non concernente facto, ubi nihilominus admitti ſolet

beneficium. *L. ult. C. de Ed. D. Adr.* Menoch. *Rem. 4. adipisc. poss. n. 709. seqq. Dn.* Brunnem. *ad d. L. fin. Dn.* Richter. *ad eandem L. fin. de Ed. Div. Adr. num. 182. seqq.*

†15. Si vero instrumentum totum cancellatum, totum quoque redditur falsum, & si chirographum cancellatum, nulla ei adhibetur fides, quam ob causam debitor liberatur & hoc non tantum in formali, sed etiam in informi procedit cancellatione, modo constet cancellationem à creditore esse factam, quod præsumitur, quando chirographum reperitur apud ipsum. *Gloss. in l. 2. ff. de pactis ibi.* Bart. *num. 4.* Alexand. *in cons. 14. n. 17. lib. 6.* Bero. *in cons. 97. num. 8. lib. 3.* Menoch. *de præs. 141. n. 4. lib. 3.* jura enim in dubiis proniora sunt ad liberandum, quam ad obligandum. *l. Arrianus 47. de Act. & Oblig.* Tholos. *lib. 21. cap. 18. num. 39. in Syntagm. Jur. univers.* Et fieret alias, ut interdum bis per instrumentum debitum peteretur, quod bona fides non patitur *per l. bona fides 57. ff. de Reg. Jur.* Verum quamvis hæc præsumtio urgentissima, si chirographum cancellatum solutum fuisse debitum; interim tamen non excludun-tur probationes contrariæ urgentiores, tamdiu namque pro veritate habetur præsumtio, quamdiu non

non probatur contrarium, uti *JCtisſimus Dn. D.* Brunnem. *in deſcribendo effectum præſumtionis juris aperte loquitur in quæſt. 34. in repet. parat.* Weſenb. *de Probat. & Præſumt.* Modeſt. *in l. ſi chirographum ff. de probat.* Quando vero à principio judicii inſtrumentum debiti produxit creditor non cancellatum, quod poſtea tempore ſententiæ ferendæ cancellatum apparet, præſumtio eſt contra debitorem, cujus malitia videtur factum, ſicque non liberatur, Ruin. *in conſ. 57. num. 3. l. 4.* tunc enim non poteſt præſumi, voluntate Creditoris inſtrumentum eſſe, quippe hic litem alias non proſecutus fuiſſe. Menoch. *lib. 3. præſ. 141. n. 6.* Si autem apud debitorem non domeſticum, nec familiarem creditoris (alias ſurreptum fuiſſe videtur. Bart. *in l. 2. ff. de Pact.* Tulch. *conc. 22. num. 21. Lit. C.* nec ſuſpectum reperitur inſtrumentum debiti cancellatum, permanſitque apud eum longo tempore, debitor liberatur præſertim, ſi probet, cancellatum ſibi traditum fuiſſe à creditore. *Gloſſ. in d. l. 2. ff. de Pact.* Menoch. *de præſumt. lib. 3. præſumt. 141. n. 8. & 9.* Cravett. *in conſ. 500. n. 12. Jacob.* Francus *in Dec. 261. num. 3. lib. 2.* Bald. *in l. unica. §. ille a. C. de latin. lib. toll.*

†16. Teſtamentum per cancellationem tollitur

beneficium. *L. ult. C. de Ed. D. Adr.* Menoch. *Rem. 4. adipisc. poss. n. 709. seqq. Dn.* Brunnem. *ad d. L. fin. Dn.* Richter. *ad eandem L. fin. de Ed. Div. Adr. num. 182. seqq.*

†15. Si vero instrumentum totum cancellatum, totum quoque redditur falsum, & si chirographum cancellatum, nulla ei adhibetur fides, quam ob causam debitor liberatur & hoc non tantum in formali, sed etiam in informi procedit cancellatione, modo constet cancellationem à creditore esse factam, quod præsumitur, quando chirographum reperitur apud ipsum. *Gloss. in l. 2. ff. de pactis ibi.* Bart. *num. 4.* Alexand. *in cons. 14. n. 17. lib. 6.* Bero. *in cons. 97. num. 8. lib. 3.* Menoch. *de præs. 141. n. 4. lib. 3.* jura enim in dubiis proniora sunt ad liberandum, quam ad obligandum. *l. Arrianus 47. de Act. & Oblig.* Tholos. *lib. 21. cap. 18. num. 39. in Syntagm. Jur. univers.* Et fieret alias, ut interdum bis per instrumentum debitum peteretur, quod bona fides non patitur *per l. bona fides 57. ff. de Reg. Jur.* Verum quamvis hæc præsumtio urgentissima, si chirographum cancellatum solutum fuisse debitum; interim tamen non excludun-tur probationes contrariæ urgentiores, tamdiu namque pro veritate habetur præsumtio, quamdiu non

non probatur contrarium, uti *JCtisſimus Dn. D.* Brunnem. *in deſcribendo effectum præſumtionis juris aperte loquitur in quæſt. 34. in repet. parat.* Weſenb. *de Probat. & Præſumt.* Modeſt. *in l. ſi chirographum ff. de probat.* Quando vero à principio judicii inſtrumentum debiti produxit creditor non cancellatum, quod poſtea tempore ſententiæ ferendæ cancellatum apparet, præſumtio eſt contra debitorem, cujus malitia videtur factum, ſicque non liberatur, Ruin. *in conſ. 57. num. 3. l. 4.* tunc enim non poteſt præſumi, voluntate Creditoris inſtrumentum eſſe, quippe hic litem alias non proſecutus fuiſſe. Menoch. *lib. 3. præſ. 141. n. 6.* Si autem apud debitorem non domeſticum, nec familiarem creditoris (alias ſurreptum fuiſſe videtur. Bart. *in l. 2. ff. de Pact.* Tulch. *conc. 22. num. 21. Lit. C.* nec ſuſpectum reperitur inſtrumentum debiti cancellatum, permanſitque apud eum longo tempore, debitor liberatur præſertim, ſi probet, cancellatum ſibi traditum fuiſſe à creditore. *Gloſſ. in d. l. 2. ff. de Pact.* Menoch. *de præſumt. lib. 3. præſumt. 141. n. 8. & 9.* Cravett. *in conſ. 500. n. 12. Jacob.* Francus *in Dec. 261. num. 3. lib. 2.* Bald. *in l. unica. §. ille a. C. de latin. lib. toll.*

†16. Teſtamentum per cancellationem tollitur

litur & testatur à priori voluntate recessisse intelligitur. *l. 1. ff. de his, quæ in testament. deleatur. Dn. D.* Brunnemann. *in Rep. parat.* Wesenb. *quæst. 1. dict. tit.* Mantica *de conject. ult. volunt. Lib. 12. tit. 1. n. 29.* Si ea nutu testatoris & consulto facta, quod præsumitur, si apud testatorem reperitur testamentum. Alex. *cons. 104. num. 6.* Bart. *in l. proxime d. t.* Bald. *in l. 1. in f. ff. eod.* Ast, ut constet, cui postea hereditas sit applicanda cum Mantica *lib. 12. tit. 1. n. 31. de conj. ult. vol.* distingvendum hoc modo: Aut enim testator dixit, se cancellasse testamentum, quia sibi placeret intestatus decedere, aut quia heredes essent indigni; Priori casu testamentum ipso jure irritum nullumve constituitur per *L. 30. C. de Testament. & ibi Dn.* Brunnem. & legitimi ab intestato succedunt; posteriori casu Fiscus hæreditatem accipit. *l. 4. C. de his, quibus ut indign.* Et hoc posterius nunquam in dubio præsumitur. Bart. *in l. nostram. n. 3. C. de Testament.* Ratio, quia heredes non possunt judicari indigni, nisi probetur offensa. Gravett. *in cons. 128. num. 1.* Quod autem dixi cancellatione tolli testamentum, non procedit, si respiciat favorem libertatis, vel testamentum sit ad pias causas, sic enim inconsulto præsumitur esse deletum, *l. proxima in f. & ib.* Bart. *de*

his,

Digitized by Google

his, quæ in teſtam. delentur. Mantica *d. l. n. 32.* Zabarella *in cap. ex literis de fid. inſtrum. num. 1. ibique* Panorm. *n. 1.* quia non ſufficit ſola cancellatio, niſi conſtet de voluntate teſtatoris. Tuſch. *conſ. 22. n. 9. Lit. C.* quæ hic ob favorem piæ cauſſæ acceſſiſſe non præſumitur.

†17. Cancellatio actorum habet vim ſententiæ, ita, ut ſi inſtantia appellationis cancellentur acta prioris inſtantiæ, ſententia cenſeatur lata confirmatoria. Bart. *in l. ſi præſes inf. C. quomod. & qu. judex*, ſi cauſa cancellationis exprimatur. Tuſch. *concl. 22. n. 25. Lit. C.* nam dum non conſtat de cauſa cancellationis immerito cancellatio præſumitur facta; ſic in banno cancellatio neceſſe eſt, ut cauſæ cancellationis ac perſona cujus authoritate id fiat ſubjiciatur. Maſcard. *de Probat. concl. 255. n. 4. & concl. 162. n. 6. & n. 14. vol. 1.* ex quo poſtmodum conſtabit num juſte vel injuſte e banno ſit cancellatus. Inter hæc enim multum intereſt, nam ſi injuſte facta Cancellatio banni, & bannitus ſe hac ratione liberatum putet, interimens eum puniri nequit, Menoch. *de Arbitr. Jud quæſt. lib. 1. quæſt. 90. num. 23.* & idem eſt, ac ſi occidiſſet bannitum non deletum, Bart. *in l. ſcriniarios C. de teſtam. milit.* modo ignoranter fecerit, Jalon. *in l. ſi ſe non abſtu-*

 lit.

dixi tria requiri requisita, falsum namque *à Domino Habnio* definitur, quod sit dolosus actus veritatis mutandæ causa ad alterum decipiendum factus. add. Wesenb. *de falsf.* Ideoque non dolus tantum valet instrumentum reddere falsum, sed etiam adsit opus est secundum, veritatis videlicet mutatio, *l. 23. ff. ad L. Corn. de falsf.* & tertium, proximi nocumentum, *Matth.* de Afflict. *Decis. 21. num. 12.* Carpz. *dec. 8. & quæst. num. 10. Paul.* de Castro *lib. 1. cons. 130.* quod non tantum quoad effectum, sed etiam quoad potentiam intelligendum. Mascard. *consil. 70. n. 13. & seqq.* Bald. *in l. si falsos C. de falsf. Hierom.* Gabriel. *in cons. 169. n. 20. vol. 1. Bartolom.* de Cassæneo *in consvet. Burgund. rubr. 2. §. 1. n. 29. inf.* Menoch. *de Arbitr. Jud. quæst. l. 2. cas. 306. n. 33.* His stantibus tribus requisitis scripturam falsam posse pronunciari nemo negabit, hoc sc. effectu ut pœna L. Cornel. de Falso locum habeat. *Camill.* Borell. *d. cons. 23. n. 1. Matth.* de Afflict. *Dec. 404. n. 8.* Carpz. *d. l. n. 14.*

† 8. Et hoc adeo verum ut etiam rasura modica vel unius Syllabæ & paucarum literarum scripturam efficiat falsam. Farinac. *quæst. 153. n. 69. & Authores, quos ibi allegat.* Licet ita subtilis ac tenuis ut videri, nisi ad solem elevetur, nequeat, *gloss.*

in

in cap. licet 5. verb. tenuem de crimine falsi. Hostiens. *in cap. ex literis 3. de fide instrum.* Præcipue ut volunt Canonistæ, in literis Apostolicis, ubi si quis unicam Syllabam vel unicam literam, vel etiam dimidiam & punctum aliquod, raserit, deleverit, diminuerit, mutaverit, eas reddit falsas *Canonistæ in cap. fin. de crim. falsi.* Panorm. *in cap. ex literis 3. num. 3. de fid. instrum.* Distingvendum tamen hic & videndum an sint literæ gratiosæ, an vero justitiæ, si gratiosæ sint, & in iis dicta modica reperitur rasura omnino scripturam falsificare videtur, si vero justitiæ sint literæ, aliter res sese habet, nisi sensus verborum mutetur. *Matth.* de Afflict. *Dec. 404. num. 1. in f.* Zirabella *in cap. ex literis 3. n. 2. Prosp.* Farinac. *Q. 151. n. 44.* Difficilius enim privilegium quam rescriptum ad lites impetratur; unde facilius præsumitur falsitas in privilegio quam in rescripto ob rationem suppeditatam in *cap. pen. de crimine falsi.* Quæ enim difficulter obtinentur, illa magis fraudibus subjecta. Panorm. *in cap. ex literis 3. de fid. instrum. n. 2.*

† 9. Nec obstant nobis Mascardus *lib. 3. concl. 1254. num. 10. & ibi allegati Authores* contrarium statuentes, rasuram scilicet modicam minime vitiare scripturam; Nam id aliter explicari nequit,

quam

quam de loco non ſuſpecto & non ſubſtantiali, vel quando ex Præcedentibus & ſequentibus verus verborum colligitur ſenſus, *Gloſſ. in cap. cum venerabilis in verb. propter prædicta. verſitem quid ſi raſura de Relig. dom.* adeo ut nullum remaneat dubium. Dubium vero non uniuscujusvis eſt admittendum, ſed tantum ſapientis. Menoch. *de Arbitr. Jud. quæſt. lib. 2. caſ. 187. n. 41.* Maſcard. *de Probat. concl. 1254. num. 2. lib. 3.* Ubi nec reſcriptum Apoſtolicum nec aliud inſtrumentum propter talem raſuram cenſetur vitioſum. Panorm. *in d. cap. n. 1. & ipſum cap. ex literis de fid. inſtrum. cap. ex conſcientia de crim. falſ. Dd. in l. fin. C. de Edict. Div. Adr. toll. & in l. ſi unus C. de teſtam.* Jaſon. *ibi num. 6. &* Bart. *n. 1.* Nihilque etiam nocet raſura ſi in genere, e. g. inſpectio alicui ſuper omnibus, quæ in hac civitate ſunt eccleſiis conceſſa in reſcripto aliquo, & quædam ſpecificatæ, veluti ſuper eccleſia D. Thomæ vel Mariæ &c. & licet poſtea unum vocabulum Thomæ vel Mariæ raſum, nil refert, quia ſpecialiora ſub generalibus ſemper continentur. Panormit. *loc. & dec. num. 4. in f.* Et hinc quoque pars non ſubſtantialis tali caſu cenſetur raſa.

† 10. Sed quid dicendum, ſi raſura in inveſtitura, ut exemplum proponit *Matth.* de Afflict. *in Dec.*

Digitized by Google

Dec. 404. ubi quidam non in inveſtitura, ſed in confirmatione feudi abraſit hanc clauſulam : *quatenus in poſſeſſione exiſtit*, in ejusque locum poſuit ſequentia verba : *ſecundum tenorem privilegii.* Eſſet hic caſus decidendus ex jure feudali, verum quantum ego quidem novi, in jure feudali nihil habetur de tali caſu vel de raſura, ideoque textibus & rationibus feudalis juris deficientibus, controverſiæ feudales poſſunt ex jure communi decidi. *2. F. 1.* Vultej. *2. f. c. 3. n. 24. 25. & lib. 1. c. 4. n. 8.* Roſenthal. *cap. 1. conſ. 11. lit. A.* Schrad. *part. 1. quæſt. 4.* Hunnius *de Author. Jur. c. 8. quæſt. 4.*

† 11. Si in cambiorum literis eminet raſura; idem ſtatuendum, ac ſi eſſet in inſtrumento publico, nam ubi eadem juris ratio, ibi eadem juris diſpoſitio ; Sunt enim cambiorum literæ publici ad inſtar inſtrumenti licet non ratione ſolennitatis in confectione, tamen ratione effectus, Tuſch. *concl. 13. num. 1. Lit. C.* & quidem de conſvetudine, licet alias tantum ſint literæ privatæ, poteſt tamen conſvetudo dare robur privatæ ſcripturæ, illamque facere publicam, Tuſch. *concl. 362. num. 2. Lit. L.* Habet enim conſvetudo vim Legis.

† 12. Quæ hactenus de raſura dicta, quæritur : Utrum ea, æque ſibi vendicent locum in can-

cellatione? Et Reſpondetur, quod ſic, nam cancellatio in loco ſuſpecto & ſubſtantiali ſuper iis, quæ ad ſcripturæ ſolennitatem pertinent pari ratione ac raſura inſtrumentum reddit ſuſpectum, falſitatemque inducit & fidem tollit, & in eodem loco ſuſpecto vel ſubſtantiali cancellatio dicitur, in quo raſura, itemque in eodem loco non ſuſpecto & non ſubſtantiali, *cap. inter dilectos. §. Inſtrumentum de fide inſtrum.* Bald. *in l. ſi unus num. 2. C. de teſtam.* Berojus *conſ. 1. num. 3.* Bart. *in l. fin. C. de Edict. D. Adrian. toll.* Maſcard. *de Prob. l. 1. concl. 256. n. 4.* Menoch. *de præſumt. lib. 1. quæſt. 99. num. 3. & ſeqq.* Bajard. *ad Jul. Clarum in §. falſum. num. 197.* Jaſ. *in l. ſi unus num. 6. C. de teſtam.* Hoc tamen ita intelligendum, ſi conſulto ſit facta cancellatio, ſecus ſi inconſulto & ex errore. Talis enim Cancellatio non tollet fidem inſtrumenti, ſed eandem vim retinet, quam ante cancellationem habuit, nam quod incaute factum eſt, pro non facto habetur, ſi legi poſſit *L. 1. §. 1. ff. de his, quæ in teſtam. del.* Farinac. *Q. 153. num. 43.* Non tamen effectum paratæ executionis tale inſtrumentum retinebit, cum prius probatio neceſſaria ſit, inconſulto factam eſſe lituram vel cancellationem. *Vid.* Trentacinqu. *lib. 2. reſolut. Tit. de fid. inſtrum. Reſ. 11. n. 2. Joh. Baptiſta Aſinius d. Exerc. §. 1. c. 33. n. 3.* †13.

Digitized by Google

†13. Exinde quæstio hic occurrit: An instrumentum in aliqua parte cancellatum, totum sit falsum? an vero tantum in ea parte, in qua reperitur cancellatio? qua de re inter DD. magna vertitur controversia, alii affirmant prius, scilicet, quod maxime ob partis vitium totum reddatur vitiosum, & pro sua opinione stabilienda, adducunt, *l. 12. C. de susceptator. lib. 10.* quæ tamen lex huc non quadrat, sed de eo casu loquitur, quando Notarius semel de falso condemnatus, quod amplius instrumenta conficere nequeat, ut expresse indicant verba. Hoc hic applicari neutiquam potest, nec exinde elici, quod si Notarius una in parte commisisset falsitatem, idcirco alteram partem scripturæ, quæ falsa non apparet, vitioque caret, falsam esse præsumendam, alias enim omnia ejus, quæ antea perfecit, forent falsa instrumenta, quod absonum & absurdum: Cum futurum falsum hoc casu facilius præsumatur, quam præteritum, per *Dd. citat. ab Excell. Dn. D.* Brunnemanno *ad d. L. 12. C.* Alii pro negativa tanquam pro aris & focis dimicant, & asserunt, si testator solum in aliqua parte testamentum, ut puta heredis unius nomen, cancellaverit, in aliis partibus non cancellatis, firmum manere, quod & probari potest per *l. 2. ff. de his,*

quæ in teſtam. delentur JCtiſſimus Dn. D. Brunnemannus *in repet. paratit. VVeſenb. tit. eod. quæſt. 4.* Gravett. *in Conſ. 128. n. 1. verſ. in dubio. Julius* Clarus *lib. 3. recept. ſentent. in §. teſtamentum. quæſt. 93.* Panorm. *in cap. ex literis n. 4. in f.* Et hæc etiam opinio firmo ſtat talo, præprimis ſi falſitas commiſſa non dolo vel vitio ipſius Notarii, ſed per fallam partis aſſertionem. Felin. *in cap. fraternit. n. 20. de hære. Anton.* Gabriel. *concl. 3. num. 12.* & ſi pro partibus reliquis efficaciores ſint præſumtiones, præſumtio enim validior tollit debiliorem. *l. Divus H. de in integr. reſtit.* In parte vero ſubſtantiali vel in tali, quæ per ſe totam fidem inſtrumenti adimit, vitiavit, prima opinio obtinet, *l. jubemus C. de teſtam.* Fachin. *de controv. jur. lib. 9. cap. 97.* Menoch. *Præſ. 21. num. 3. & ſeqq. lib. 5.* qui ibi uberius hanc tractat controverſiam. Subſtantia enim inſtrumenti vitiata, reliqua quoque corruant neceſſum eſt, quæ eidem adhærent. Trentacinqu. *lib. 2. Tit. de fide inſtrum. Reſol. 11. n. 3.* Modo tamen unius inſtrumenti non dentur ſubſtantialia alia, quæ ſuam dependentiam non habeant ab illo quod deletum; ſit enim non mox reliqua vitioſa dicenda. Unde ſi unius hæredis nomen Cancellatum, reliquorum hominibus ſalvis ſalvisque aliis teſtamen-

ti

ti ſolennibus, non inde vitioſum eſſe debet teſtamentum, quia heres cancellatus, ſi alii ſuperſint, abeſſe à teſtamento & hinc ratione teſtamenti totius hæc Cancellatio hæredis pro pure non facta in loco ſubſtantiali, ſed tantum accidentali. *Conf. L. Jubemus C. de Teſtam. & L. 2. ff. de his quæ in teſtam. delentur. Sichard. ad L. 12. C. de Teſtam. n. 8.* In eo vero conveniunt omnes, quod raſura vel Cancellatio in parte non ſubſtantiali facta, inſtrumentum totum non vitiet. Maſcard. *de Probat. d. Concl. num. 9.* Aſin. *de Execut. §. 1. cap. 34. Nicol.* de Paſſer. *de privat. Scriptur. lib. 1. Q. 6. dub. 2. num. 8. ſeqq.* Farinac. *Q. 153. num. 38.*

† 14. Cancellatio in parte Scripturæ, quamvis non faciat ut totum inſtrumentum fiat fallum, tamen, quia vitium patens & viſibile, impedit paratam executionem vel immiſſionem in poſſeſſionem, *ex l. ult. C. de Edict. Div. Adrian. toll. Dn. D.* Brunnemannus *in repet. parat.* Welenb. *tit. de teſtament. quæſt. 32.* Menoch. *de Præſumt. quæſt. 99. n. 6. l. 1.* donec diluatur hæc ſuſpicio contrariis probationibus, quibus fides inſtrumenti confirmetur, *l. jubemus C. de probat.* niſi tamen in loco plane non ſuſpecto, & ſubſtantiarum teſtamenti penitus non concernente facto, ubi nihilominus admitti ſolet

beneficium. *L. ult. C. de Ed. D. Adr.* Menoch. *Rem. 4. adipisc. poss. n. 709. seqq. Dn.* Brunnem. *ad d. L. fin. Dn.* Richter. *ad eandem L. fin. de Ed. Div. Adr. num. 182. seqq.*

†15. Si vero instrumentum totum cancellatum, totum quoque redditur falsum, & si chirographum cancellatum, nulla ei adhibetur fides, quam ob causam debitor liberatur & hoc non tantum in formali, sed etiam in informi procedit cancellatione, modo constet cancellationem à creditore esse factam, quod præsumitur, quando chirographum reperitur apud ipsum. *Gloss. in l. 2. ff. de pactis ibi.* Bart. *num. 4.* Alexand. *in cons. 14. n. 17. lib. 6.* Bero. *in cons. 97. num. 8. lib. 3.* Menoch. *de præs. 141. n. 4. lib. 3.* jura enim in dubiis proniora sunt ad liberandum, quam ad obligandum. *l. Arrianus 47. de Act. & Oblig.* Tholos. *lib. 21. cap. 18. num. 39. in Syntagm. Jur. univers.* Et fieret alias, ut interdum bis per instrumentum debitum peteretur, quod bona fides non patitur *per l. bona fides 57. ff. de Reg. Jur.* Verum quamvis hæc præsumtio urgentissima, si chirographum cancellatum solutum fuisse debitum; interim tamen non excludun-tur probationes contrariæ urgentiores, tamdiu namque pro veritate habetur præsumtio, quamdiu non

non probatur contrarium, uti *JCtisſimus Dn. D.* Brunnem. *in deſcribendo effectum præſumtionis juris aperte loquitur in quæſt. 34. in repet. parat.* Weſenb. *de Probat. & Præſumt.* Modeſt. *in l. ſi chirographum ff. de probat.* Quando vero à principio judicii inſtrumentum debiti produxit creditor non cancellatum, quod poſtea tempore ſententiæ ferendæ cancellatum apparet, præſumtio eſt contra debitorem, cujus malitia videtur factum, ſicque non liberatur, Ruin. *in conſ. 57. num. 3. l. 4.* tunc enim non poteſt præſumi, voluntate Creditoris inſtrumentum eſſe, quippe hic litem alias non proſecutus fuiſſe. Menoch. *lib. 3. præſ. 141. n. 6.* Si autem apud debitorem non domeſticum, nec familiarem creditoris (alias ſurreptum fuiſſe videtur. Bart. *in l. 2. ff. de Pact.* Tulch. *conc. 22. num. 21. Lit. C.* nec ſuſpectum reperitur inſtrumentum debiti cancellatum, permanſitque apud eum longo tempore, debitor liberatur præſertim, ſi probet, cancellatum ſibi traditum fuiſſe à creditore. *Gloſſ. in d. l. 2. ff. de Pact.* Menoch. *de præſumt. lib. 3. præſumt. 141. n. 8. & 9.* Cravett. *in conſ. 500. n. 12. Jacob.* Francus *in Dec. 261. num. 3. lib. 2.* Bald. *in l. unica. §. ille a. C. de latin. lib. toll.*

†16. Teſtamentum per cancellationem tollitur

litur & testatur à priori voluntate recessisse intelligitur. *l. 1. ff. de his, quæ in testament. deleatur. Dn. D.* Brunnemann. *in Rep. parat.* Wesenb. *quæst. 1. dict. tit.* Mantica *de conject. ult. volunt. Lib. 12. tit. 1. n. 29.* Si ea nutu testatoris & consulto facta, quod præsumitur, si apud testatorem reperitur testamentum. Alex. *cons. 104. num. 6.* Bart. *in l. proxime d. t.* Bald. *in l. 1. in f. ff. eod.* Ast, ut constet, cui postea hereditas sit applicanda cum Mantica *lib. 12. tit. 1. n. 31. de conj. ult. vol.* distingvendum hoc modo: Aut enim testator dixit, se cancellasse testamentum, quia sibi placeret intestatus decedere, aut quia heredes essent indigni; Priori casu testamentum ipso jure irritum nullumve constituitur per *L. 30. C. de Testament. & ibi Dn.* Brunnem. & legitimi ab intestato succedunt; posteriori casu Fiscus hæreditatem accipit. *l. 4. C. de his, quibus ut indign.* Et hoc posterius nunquam in dubio præsumitur. Bart. *in l. nostram. n. 3. C. de Testament.* Ratio, quia heredes non possunt judicari indigni, nisi probetur offensa. Gravett. *in cons. 128. num. 1.* Quod autem dixi cancellatione tolli testamentum, non procedit, si respiciat favorem libertatis, vel testamentum sit ad pias causas, sic enim inconsulto præsumitur esse deletum, *l. proxima in f. & ib.* Bart. *de*

his,

his, quæ in teſtam. delentur. Mantica *d. l. n. 32.* Zabarella *in cap. ex literis de fid. inſtrum. num. 1. ibique* Panorm. *n. 1.* quia non ſufficit ſola cancellatio, niſi conſtet de voluntate teſtatoris. Tuſch. *conſ. 22. n. 9. Lit. C.* quæ hic ob favorem piæ cauſſæ acceſſiſſe non præſumitur.

†17. Cancellatio actorum habet vim ſententiæ, ita, ut ſi inſtantia appellationis cancellentur acta prioris inſtantiæ, ſententia cenſeatur lata confirmatoria. Bart. *in l. ſi præſes in f. C. quomod. & qu. judex*, ſi cauſa cancellationis exprimatur. Tuſch. *concl. 22. n. 25. Lit. C.* nam dum non conſtat de cauſa cancellationis immerito cancellatio præſumitur facta; ſic in banno cancellatio neceſſe eſt, ut cauſæ cancellationis ac perſona cujus authoritate id fiat ſubjiciatur. Maſcard. *de Probat. concl. 255. n. 4. & concl. 162. n. 6. & n. 14. vol. 1.* ex quo poſtmodum conſtabit num juſte vel injuſte e banno ſit cancellatus. Inter hæc enim multum intereſt, nam ſi injuſte facta Cancellatio banni, & bannitus ſe hac ratione liberatum putet, interimens eum puniri nequit, Menoch. *de Arbitr. Jud quæſt. lib. 1. quæſt. 90. num. 23.* & idem eſt, ac ſi occidiſſet bannitum non deletum, Bart. *in l. ſcriniarios C. de teſtam. milit.* modo ignoranter fecerit, Jalon. *in l. ſi ſe non abſtu-*

lit. §. condemnatum n. 37. ff. de re Jud. Mascard. *de Prob. concl. 162. n. 4.* Nam si sciens feciſſet, hoc non ferret impune, cum privati non ſit, indicare de juſtitia vel injuſtitia Cancellationis. Si autem plane non deletus, etiamſi ſolverit condemnationem vel pœnam adhuc præſumitur bannitus, quoniam quamdiu in albo bannitorum manet, tamdiu banniti nomen illi competit, & ſtabilis durat effectus. Alexand. *in conſ. 114. num. 5. in f. vol. 1.* Bald. *in L. Labeo. §. 1. inf. ff. de Pactis*, ideoque curet oportet ſe è libro bannitorum cancellari, Bart. *in l. tutelas C. de cap. demin.* Jaſon. *in l. ſi creditor. in l. 1. col. C. de fideicomm.* Alexand. *conſ. 160. vol. 7.* & quidem ex omnibus libris, quando conſvetudo eſt uti Bononiæ, ut in diverſis libris ſcribantur. Mascard. *de Probat. concl. 162. n. 22. vol. 1.* niſi per ſolemne inſtrumentum in archivo appareat tantam pecuniam ab eo fuiſſe ſolutam, pro qua erat in banno, non habetur pro bannito, licet non ex libro ſit abſterſus. Jaſ. *in d. l. creditor. C. de fideicomm.* Maſcard. *d. concl. num. 29.*

† 18. Ex quanam cauſa raſura, ex eadem etiam interlineatio ſcripturam efficit falſam. Farinac. *quæſt. 152. part. 2.* ita, ut fides ipſi amplius nulla ſit *cap. cum venerabilis de Relig. domibus ibique gloſſ.*

Inter-

Interlineando enim committitur falsitas, inquit *Camill.* Borell. *cons. 23. num. 6.* Bajard. *ad Clar. in §. fals. num. 197.* Ruin. *cons. 215. num. 15. in fin. vers. 2. non obst. & n. 16. lib. 1.* Mascard. *de Probat. concl. 256. num. 2. lib. 1. & lib. 3. concl. 1254. num. 8.* Alex. *cons. 175. n. 7.* Præsertim si corrupta vel alia quam Notarii manu & diverso atramento scripta, nam ex novo atramento, additione & postilla diversæ manus & diversis literis, quis non fatebitur ita adesse falsitatem. Panorm. *in cap. ex literis n. 4. de fid. Instrum. Camill.* Borell. *d. c. num. 18. 19. & 20.* Cravett. *cons. 88.* Quæ diversa manus deficientibus aliis probationibus, ex comparatione literarum potest cognosci, qui modus probandi extraordinarius est, ideoque nemo admittitur, nisi juraverit se aliis probationibus destitui, *Novell. 73. cap. 7. §. 3.* cum vero hæc fallax videatur, ob eam rationem, quia multi inveniuntur, qui sciunt alterius manum imitari, videndum an sit in loco substantiali, tunc vitiatur, sive constet de manu sive non: An vero non in loco substantiali. Panorm. *d. loc.* Farin. *qu. 153. num. 5. p. 3.* Cæterum ipsa tantum interlinearis scriptura vitiatur, reliquis instrumenti capitibus salvis manentibus. Quod dixi de rasura ne actum agere, vel crambem coctam reponere videar, hic

repetere nolo, sed idem etiam sentiendum de circumductione, interductione &c. Quibus hoc secundum caput abrumpo.

CAPVT III.

DE

RASVRAE CONTRARIIS.

SVMMARIA.

1. Scripturae rasa non nocet, si Notarius in fine Instrumenti protestatus sit. 2. Et quidem statim in continenti. 3. An Notarius hoc propria authoritate facere possit. 4. An generalis sufficiat? An vero specialis accedere debeat? 5. Quandoque vitium rasurae tollitur per juramentum purgationis.

†1. Paucis hac vice offensum, quomodo rasura scripturam reddat falsam; quoniam vero nihil adeo firmum quod non contraria repugnantia habeat, arg. *l. nihil tam naturale 35. ff. de R. J.* quorum non eadem, sed contraria, & diversa dispositio & effectus *l. f. §. f. de Leg. 3.* Frider. *lib. 3. cap. 10. num. 6. de Proceſſ. in Camer. extrahend.* Everhard. *in loc. à contrariis num. 9. inf.* Necessum erit, ut brevibus adjungam, quomodo rasura scripturae non praejudicet, vel instrumentum suspectum & invalidum non reddat, quod fit si Notarius,

rius, quando vult ut omnis ceſſet ſuſpicio, atteſtetur in fine inſtrumenti, ſe feciſſe illam abraſionem, cancellationem & interlineationem, per ſuam ſcripturam. *l. 1. ff. de his, quæ in teſtam. delentur. ibique* Bart. *l. Divus. §. item ſenatus ff. ad Leg. Corn. de falſis. Camill.* Borell. *conſ. 23. num. 21.* Panorm. *in cap. ex literis de fid. Inſtrum. num. 3.* Farinac. *quæſt. 153. p. 5. num. 103.* Bart. *in l. f. num. 3. C. de Edict. Div. Adr. toll. quod & Ordin. Polit. Notar. de Anno 1512. deſiderat in §.* Die Notarien ſollen auch Auffſehens haben, wenn ſie in *Extendi*rung und *Ingroſſi*rung der Inſtrumenten *radi*rten, ſonderlich „an merck-lichen und verdächtigen Orten, „ in einer oder mehr Zeilen, oder zwiſchen den Linien, oder auf das *Spatium* heraus etwas ſetzen, davor ſie ſich ſoviel müglich hüten ſollen, daß ſie alsdann im Inſtrument oder *Subſcription* davon Meldung und Befeſtigung thun, und ſonderlich, wenn ſolche *Interlineatur* oder Schrifft *in Spatio* nicht von der Hand, die ſolch Inſtrument *ingroſſiret*, geſchehen.

† 2. Sed hoc fieri debet, uti ſvadet *Bald.* in continenti (quod in jure varie ſumitur, interdum pro ſex diebus, interdum pro tribus, & interdum pro momento, ut in moderamine tutelæ inculpatæ, hoc loco vero eſt, antequam tradita copia partibus. Tuſch. *concluſ. 86. num. 19.*

Lit. N. Alex. *conſ. 90. num. 4. verb. & fortius. lib. 1. & conſ. 105. lib. 2.*) & ante appoſitionem ſigni, non poſt ſubſcriptionem, nec in margine, quia tunc die & teſtibus careret, ſed in fine & in corpore inſtrumenti, quando ſcilicet ſe illi ſubſcribit, illudque publicat, *in l. ſi unus. C. de teſtam. Paul. in d. t. in f. & ibi* Bart. *& in l. fraudem. §. 1. ff. de teſtament. mil. l. 1. §. f. ff. de bon. poſſ. ſecund. tabul. & in lib. 1. de his, quæ in teſtam. delentur.* Maſcard. *de probat. concl. 1261. num. 17.* Tuſch. *de concl. num. 17.* Berojus *conſ. 1. num 38. vol. 2.*

† 3. Ex intervallo poſtquam dedit inſtrumentum partibus; Notarius cum ſuo jam functus ſit officio, non poteſt propria authoritate errorem circa ſubſtantialia & ſolemnia contractus, præ primis ſi partes contradicant, corrigere ſine judicis mandato. Tuſch. *de concl. n. 1. & num. 43. 28.* Alex. *conſ. 70.* Bald. *conſ. 391. lib. 2.* Zabarell. *in cap. ex literis de fid. inſtrum. num. 3.* Nam ſicut, ſi Notarius ex proprio officio ſupplere vellet ſolemnitatem in teſtamento vel inſtrumento omiſſam, in continenti & ante litem motam ſuper inſtrumento, ut fiat, neceſſarium dicunt. Bald. *in rubr. C. de fid. inſtrum. in 17. col. Inſtrum. verſ. Sed pone.* Bart. & Alex. *in l. Imperator. ff. de ſtatu hominum.* Pari

ratio-

Digitized by Google

ratione, si Notarius ex post facto attestaretur, & ex intervallo viva voce, vel in scriptis, se feciſſe cancellationem de voluntate testatoris, illi fides non adhiberetur, nec per hoc testamentum valeret. Berous *d. conſ. 1. & l. num. 38. vol. 1.* Nisi circa ea, quæ ad Notarium spectant, & quæ non vitiant instrumentum. Tusch. *d. conſ. num. 4.* mortuo vero Notario potest judex alii mandare ut instrumentum corrigat. Bald. *conſ. 397. punctus talis & conſ. 398. ſuper eo lib. 3.* Cæterum, *an* & *quando* possit corrigere Notarius errorem uberrime, vid. Bart. *in l. Imperator ff. de ſtat. hom.*

† 4. Hic jam quæritur: An generalis Notarii, (ut, quæ in instrumento apparet ratura vel cancellatio aut interlineatio &c. eam mea feci manu) sufficiat attestatio? An vero opus sit ut accedat specialis? Et respondetur, ubi plures reperiuntur rasuræ in scriptura, generalis locum habere non potest, sed in specie particularis locus factæ rasuræ, cancellationis vel additionis in qua videlicet sit linea, in quo verbo, exprimendus est. Bart. *in l. ſi unus. C. de teſtam. & in l. f. C. de Edict. Div. Adr. toll. num. 13.* Alb. *in cap. cum venerab. in f. ſub num. 8. X. de relig. dom.* Ruin. *conſ. 215. num. 16.* Farinac. *quæſt. 153. pag. 5. n. 104.* Quando vero in scriptura tan-

tantum unica adeſt raſura vel cancellatio, non opus eſt ut in ſpecie lineam, vel circà quod verbum, Notarius exprimat, ſed poteſt ſufficere ſimplex & generalis atteſtatio, quod etiam extendunt Doctores ad eum caſum, ſi duobus locis factæ raſuræ & Notarius generaliter per verbum plurale loquatur. Alexand. *in C. memoriam num. 8. verſ. & ideo cautela eſt diſt. 19.* Maſcard. *de Probat. lib. 3. concl. 1254. n. 16.* Hæc de atteſtatione Notarii ſufficere puto.

†5. Demum ad excludendum raſuræ vitium quandoque locus eſſe ſolet Juramento purgationis, quo Creditor à ſuſpicione, qua per raſuram gravatus eſt, ſe liberet; Non tamen promiſcue unicuivis hoc juramentum deferendum; qui enim ad radendum inſtrumenta aliena facilis eſt, ille ad pejerandum non erit difficilis, ſed requiritur, ut ſit perſona honeſta, bonæ exiſtimationis ac famæ; Cum multum faciat ad excludendam fraudem bona Creditoris fama *Aym.* Gravetta *Conſil. 795. n. 8.* & ita deciſum eſſe à Facultate Juridica hujus loci *Menſ. Febr. Anno 1654.* teſtatur *Dn.* Brunnemann. *Centur. 2. Deciſ. 32. num. 3.* Jam reſtat, ut ſequenti capite pœnas raſuræ dololæ paucis exponam.

CAPVT

CAPVT IV.

DE POENA RASVRAE DOLOSAE.

SVMMARIA.

1. Quanam pœna sit afficiendus, qui rasit Scripturam dolose. 2. Pœna criminis falsi arbitraria & varia est. 3. De Clerico falsum committente in Literis apostolicis. 4. De Falsificante literas Regias. 5. De Falsificante rescriptum Principis. 6. Notarius si falsum in instrumento commisit. 7. Non potest Notarius amplius conficere instrumentum post condemnationem. 8. Non tantum accusari potest falsificans Scripturam, sed & carcerari. 9. Alia Pœna. 10. De Scriptura privata.

†. 1. Interest Reipublicæ, ne delicta maneant impunita, *L. 51. ff. ad Leg. Aquil.* puniendo enim malos bonorum salus custoditur, teste *Lactantio*, ideoque videndum, quanam pœna de jure is, qui scripturam aliquam dolose in fraudem alterius, ita ut fiat falsa, alterique noceat (alias falsitas nunquam punitur, nisi inde aliquod consurgat damnum, præjudicium, injuria aut dedecus, *D.* Carpzov. *in Pract. Crim. L. 2. quæst. 93. num. 62. inf.*) rasit, cancellavit, circumduxit, induxit, delevit & interlineavit, sit afficiendus, & in genere locum ha-

bet pœna criminis falſi. *L. 2. ff. de Crim. falſ. & ibi* Weſenb. *n. 7. in f.* quod crimen graviſſimum eſt, ideo non facile præſumitur, niſi urgentes ſint conjecturæ. Menoch. *de præſumt. lib. 5. th. 20. num. 1. & lib. 2. de arbitr. Juſt. quæſt. caſ. 206. l. cum precibus C. de probat.* nam in dubio ſemper fit interpretatio, ut falſitas evitetur. *Gloſſ. in l. juris gentium. §. quod fere ff. de Pact. ibique* Jaſon. *num. 10.* Cæpoll. *in conſ. 21. num. 28. in criminal.* Quod vero pœna hic ſtatuta ſit criminis falſi, ratio hæc eſt, quia radens inſtrumenta veritatis immutandæ cauſa falſum committere dicitur. *Julius* Clar. *in Pract. crimin. §. falſum vero abradens.*

†2. Pœna hæc pro varietate delictorum varia eſt, creſcentibus quippe delictis creſcunt & pœnæ, per jura vulgata, hinc interdum major, interdum minor, pro caſuum diverſitate, & perſonarum qualitate, *l. majorem C. de Crim. falſ. l. quicunque ff. eod. l. Divus. l. hodie l. qui duobus ff. d. t.* interdum etiam usque ad ultimum procedit ſupplicium, conſt. Crim. Carol. V. Art. 112. Welche falſche Siegel, Brieffe, Inſtrument, Urbar, Renth, Zinsbücher oder Regiſter machen, die ſollen an Leib oder Leben, nachdem die Fälſchung viel oder wenig, boßhafftig oder ſchädlich geſchicht, nach

Rath

Rath der Verſtändigen oder ſonſt als zu Ende dieſer Ordnung, peinlich geſtrafft werden.

† 3. Non ergo dubium ſubeſt, arbitrariam raſuræ pœnam eſſe, prout vel majus vel minus præjudicium ex raſione inſtrumenti oritur, pro cujus diverſitate hæc pœna determinanda. Quod ipſum ex variis raſuræ exemplis jamjam ſubjiciendis patebit. Clericus ſi committat falſum in literis Apoſtolicis, inuritur ferro candenti in fronte. Menoch. *de Arbitr. Jud. quæſt. caſ. 306. num. 7. lib. 2.* quod tamen de Jure Canonico mutatum, & pœna in ejus locum ſucceſſit degradatio ae traditio curiæ ſeculari. *Jul.* Clar. §. *falſum. verſ. ſunt etiam.* ſicuti & pœna ſtigmatis fronti inurendi Jure Romano ſublata, per *L. 17. C. de pœn.* alias Clericus non facile degradatur, niſi pro tribus criminibus, ſcil. hæreſios, falſi commiſſi in literis Apoſtolicis & conſpirationis in proprium Epiſcopum. Raynutius *in quæſt. 36. vero ſcias.* Farin. *quæſt. 150. n. 44.* In Criminibus Capitalibus alia ratio eſt, ubi plane ſeculari magiſtratui puniendus traditur.

† 4. Qui literas Regis radendo mutat & falſificat apud Gallos deferendo manu ſua accenſam tædam faſtigatur per aliquas vias civitatis, deinde ducitur ad palatium Magiſtratus, ibique omnibus

ſpectántibus, ferro candendi ſimili modo, ut de Clerico dixi, in fronte inuritur, poſteaque bannitur, uti refert *Boërius quæſt. 82. num. 9.* In Regno Neapolitano Capitali ſententia feritur. *Matth.* de Afflict. *Dec. 21. n. 1.* Menoch. *de arb. Jud. quæſt. c. 366. num. 9. lib. 2.* quia magis eſt falſificare literas Regias, quam uti iisdem, ſicuti etiam falſificans bullam Papalem degradatur, ſi vero ſolummodo utatur falſa bulla, pœna eſt tantum privationis beneficiorum & officiorum, ut in *cap. falſariorum. verſ. qui vero de Crim. falſ.* Si nomini noceat arbitrio judicis punitur. Menoch. *de A. J. Q. d. c. n. 23.*

† 5. Majori pœna punitur, qui falſo utitur reſcripto Principis, quam qui utitur inſtrumento falſo, *l. Majorem C. de falſ. & ibi gloſſ. Matth.* de Afflict. *Dec. 21. num. 3.* qui vero utitur falſo inſtrumento, ei imponitur pœna publicationis bonorum cum deportatione *l. 1. §. f. C. ad L. Corn. de falſ.* Sic graviori pœna eſt puniendus utens falſo reſcripto, & quidem pœna mortis, ut vult *Matth.* de Afflict. *d. Dec. 21. num. 4.* Ex his apparet, quod ſi utenti falſo reſcripto imponatur pœna mortis, multo magis imponenda facienti falſum reſcriptum Principis *Matth.* de Afflict. *d. t.* Reſcripta enim Principum ſtrictam habent interpretationem, iisdem-

demque nihil addendum vel ſupplendum eſt. *Matth.* Colerus *Tract. de proceſſu execut. Part. 4. c. 1. num. 31.* Cravetta *conſ. 72. n. 2. vol. 1.* Hunnius *de Autorit. Jur. cap. 29. in pr.* In Domino Mediolan. *ex novis conſtit. in tit. de Pœnis.* falſificans literas Principis igni concremandus traditur. Menoch. *de Arbitr. Jud. quæſt. caſ. 306. n. 10.* Quamvis apud nos tali caſu ultra pœnam fuſtigationis, amputationis manus, vel operarum publicarum, progredi non ſoleamus; niſi forte quis ipſe falſificaverit reſcriptum, & eodem cum gravi damno alterius uſus ſit.

†6. Notarii bona fides & Præſumtio, quam lex habet de ipſo, tollitur vitio in ſcriptura apparente. Menoch. *Præſ. 99. n. 6. l. 1.* Si eam falſificavit tenetur pœna falſi, videlicet deportationis cum publicatione bonorum. *Luc.* de Penn. *in l. 1. n. 7. C. ut nemo quid. ſuum patroc. lib. 11.* Attamen pœna publicationis, ſi aſcendentes vel deſcendentes adſint, jure noviſſimo correcta. *Nov. 134. c. 10. Auth. bona damnator. C. de Bon. proſcript.* Mynſ. *in §. item lex Cornelia de falſis n. 13. &* Schneidew. *n. 10. J. de Publ. Jud.* Neque deportationis pœna hodie amplius in uſu eſt, ſed relegatio. Menoch. *de Arb. Jud. quæſt. c. 306. n. 2. lib. 2. Jul.* Clar. *in pract. crim. §.*

falsum num. 13. interdum etiam fustigatione punitur. Wesenb. *in parat. ff. ad L. Corn. de falsf.*

†7. Prohibetur etiam amplius Notarius instrumentum conficere, *l. si aliquid 12. C. de suscept. lib. 10.* Menoch. *præs. 21. num. 25.* Tusch. *concl. 100. num. 6. Lit. N.* Menoch. *præs. 41. num. 32.* Nam sicut semel bonus & fidelis, semper fidelis præsumitur. Alciat. *in Respons. 455. num. 5.* Menoch. *præs. 19. num. 9. lib. 5.* ita è contrario, semel malus, semper malus præsumitur, *arg. l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de edendo. l. 3. §. quæri potest. ff. de susp. tutor. C. semel malis de Reg. Jur. in 6to.* & si quis semel est calumniatus, in futurum calumniari præsumitur, *l. si cui §. iisdem ff. de accusat.* item, si miles male se gessit in militia, & in futurum se male gesturum præsumitur. *l. non omnes. §. à Barbaris ff. de Re Milit.* Instrumentum vero quod ante condemnationem celebravit & nondum publicavit, post condemnationem potest publicare. Bart. *l. Barbarius num. 16. ff. de offic. Prætor.* Conficere autem post condemnationem nequit, & confecta nihil valent. Bart. *in l. eadem lege. §. hac lege. ff. ad Leg. Jul. repetund. num. 1.* Bald. *in l. exercendis. C. de fid. instrum. vers. tertio modo. & vers. est absurdum.* Licet factum ad pias causas. Farin. *quæst. 155. num. 4. p. 3.* Nisi condemnatio de falso, non fuerit facta, per sententiam publice lectam, sed occulte & secrete. Farin. *d. quæst. n. 53.* & nisi extra officium Notariatus commiserit falsitatem. Farin. *dict. quæst. num. 58.* vel perfecit, si non privatus exercitio Tabellionatus, Tusch. *concl. num. 26. 27. Lit. N.* vel tantum quoad certam speciem ipsi prohibitum exercitium Notariatus, e. g. in palatio vel in gabella. Tusch. *d. concl. num. 45.* Alex. *cons. 90.* Sententia enim privata non extenditur, nisi in quantum verba sonant. Vel nisi porro confi-

ciatur

datur inter volentes instrumentum. Tusch. *d. concl. n. 16.* Vel si per Principem ad honores & famam restituatur. Tusch. *d. concl. num. 15. & 23.* Bald. *cons. 172.* ratio est, quia per restitutionem Principis omnis macula, omnisque labes videtur sublata & abolita. Bald. *in l. Imperialis. §. f. C. de Nupt.*

†8. Nec tantum accusari de rasura vel cancellatione suspecti, sed & carcerari possunt, secundum *l. jubemus. C. de probat.* Mantica *in cons. 203. n. 31.* Alex. *in cons. 70. col. 1. lib. 1. & cons. 205. num. 1. lib. 6.* Menoch. *de Præs. quæst. 99. num. 8.* quod tamen verum quando præsumtio & suspicio vehemens ipsi judici videtur: alioqui necesse non habet suspectum prehendi facere, sed hoc in ejus arbitrio & potestate positum est. Menoch. *d. quæst. & n.*

†9. Interdum alia pœna habet locum, ut dixi in §. 1. pro varietate delictorum, quemadmodum sub Constantino Imperatore, sub quo (Florentio judicante) suspendio affectus Eusebius est Comes rerum privatarum, quod Silvani militiæ pedestris Rectoris literas abstersisset, rasisset & immutasset, ut testatur *Ammian.* Marcell. *l. 15.* Interdum etiam falsificantis manus aut digitorum nervi, ut similia committere dedisceant, amputantur, *Camill.* Borell. *cons. 23.* Tenetur quoque ad interesse, si damnum exinde quis percepit, *l. qui numine ff. ad L. Corn. de falsi. ibi gloss.* ubi potest offerri juramentum in litem ad probandum interesse damni emergentis & lucri cessantis intrinsecum & extrinsecum. Mascard. *de Probat. lib. 2. conclus. 959. n. 6.*

†10. Ultimo loco adjiciendum est, quod non tantum in scriptura publica, verum etiam in privata Scriptura falsum rasura & cancellatione vel interlineatione committi

falsum num. 13. interdum etiam fustigatione punitur. Wesenb. *in parat. ff. ad L. Corn. de falsi.*

†7. Prohibetur etiam amplius Notarius instrumentum conficere, *l. si aliquid 12. C. de suscept. lib. 10.* Menoch. *præs. 21. num. 25.* Tusch. *concl. 100. num. 6. Lit. N.* Menoch. *præs. 41. num. 32.* Nam sicut semel bonus & fidelis, semper fidelis præsumitur. Alciat. *in Respons. 453. num. 5.* Menoch. *præs. 19. num. 9. lib. 5.* ita è contrario, semel malus, semper malus præsumitur, *arg. l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de edendo. l. 3. §. quæri potest. ff. de susp. tutor. C. semel malus de Reg. Jur. in 6to.* & si quis semel est calumniatus, in futurum calumniari præsumitur, *l. si cui §. iisdem ff. de accusat.* item, si miles male se gessit in militia, & in futurum se male gesturum præsumitur. *l. non omnes. §. à Barbaris ff. de Re Milit.* Instrumentum vero quod ante condemnationem celebravit & nondum publicavit, post condemnationem potest publicare. Bart. *l. Barbarius num. 16. ff. de offic. Prætor.* Conficere autem post condemnationem nequit, & confecta nihil valent. Bart. *in l. eadem lege. §. hac lege. ff. ad Leg. Jul. repetund. num. 1.* Bald. *in l. exercendis. C. de fid. instrum. vers. tertio modo. & vers. est absurdum.* Licet factum ad pias causas. Farin. *quæst. 155. num. 4. p. 3.* Nisi condemnatio de falso, non fuerit facta, per sententiam publice lectam, sed occulte & secrete. Farin. *d. quæst. n. 53.* & nisi extra officium Notariatus committerit falsitatem. Farin. *dict. quæst. num. 58.* vel perfecit, si non privatus exercitio Tabellionatus, Tusch. *concl. num. 26. 27. Lit. N.* vel tantum quoad certam speciem ipsi prohibitum exercitium Notariatus, e. g. in palatio vel in gabella. Tusch. *d. concl. num. 45.* Alex. *cons. 90.* Sententia enim privata non extenditur, nisi in quantum verba sonant. Vel nisi porro confi-

ciatur

ciatur inter volentes instrumentum. Tusch. *d. concl. n. 16.* Vel si per Principem ad honores & famam restituatur. Tusch. *d. concl. num. 15. & 23.* Bald. *cons. 172.* ratio est, quia per restitutionem Principis omnis macula, omnisque labes videtur sublata & abolita. Bald. *in l. Imperialis. §. f. C. de Nupt.*

† 8. Nec tantum accusari de rasura vel cancellatione suspecti, sed & carcerari possunt, secundum *l. jubemus. C. de probat.* Mantica *in cons. 203. n. 31.* Alex. *in cons. 70. col. 1. lib. 1. & cons. 105. num. 1. lib. 6.* Menoch. *de Præs. quæst. 99. num. 8.* quod tamen verum quando præsumtio & suspicio vehemens ipsi judici videtur: alioqui necesse non habet suspectum prehendi facere, sed hoc in ejus arbitrio & potestate positum est. Menoch. *d. quæst. & n.*

† 9. Interdum alia pœna habet locum, ut dixi in §. 1. pro varietate delictorum, quemadmodum sub Constantino Imperatore, sub quo (Florentio judicante) suspendio affectus Eusebius est Comes rerum privatarum, quod Silvani militiæ pedestris Rectoris literas abstersisset, rasisset & immutasset, ut testatur *Ammian.* Marcell. *l. 15.* Interdum etiam falsificantis manus aut digitorum nervi, ut similia committere dediscant, amputantur, *Camill.* Borell. *cons. 23.* Tenetur quoque ad interesse, si damnum exinde quis percepit, *l. qui nomine ff. ad L. Corn. de falsi. ibi gloss.* ubi potest offerri juramentum in litem ad probandum interesse damni emergentis & lucri cessantis intrinsecum & extrinsecum. Mascard. *de Probat. lib. 2. conclus. 959. n. 6.*

† 20. Ultimo loco adjiciendum est, quod non tantum in scriptura publica, verum etiam in privata Scriptura falsum rasura & cancellatione vel interlineatione committi

punibilem, quia illi nulla fides adhibetur; Sed verius est æque teneri de falso, qui illud committit in scriptura privata ac si in publica, quia & privato instrumento aliqua probandi vis inest, præsertim si contra scribentem producatur, ut & hic in hoc falsitas revera committi possit, quæ communis Dd. opinio, Alex. *in conf. 77. num. 1. in f. lib. 1.* Menoch. *de præsumt quæst. 99. n. 10. l. Titio in pr. ff. ad Municip. l. pen. de incolis, ubi gloss. l. fin. C. de falsf. ubi gloss.* Menoch. *de Arb. Jud. quæst. lib. 2. cas. 306 num. 31.* Bald. *in Rubr. C. de fid. instrum. n. 36. & seqq.* Sic socius abradens librum rationum, postquam in judicio vel coram arbitris tali usus est scriptura, pœna falsi tenetur. Bald. *cons. 323. num. 1. vers. interdum lib. 4.* Farinac. *quæst. 150. n. 330. part. 12.* Mercator falsificans librum rationum de jure statuto vel consvetudine punitur de falso Farin. *d. quæst. num. 327.* sed superiora, quæ de scriptura privata diximus, hac ratione limitanda nisi scriptura sit non nociva, vel nemini præjudicium afferens. *gloss. in l. damus vers. privatus C. ad L. Corn. de falsf.* Sic enim obtinebit illa opinio, quæ ex *Castrensi* superius adducta, & propter cessans nocumentum alterius, cessabit etiam falsi crimen, prout id jam superius deductum.

Hic itaque telam meæ Disputationis abrumpo. Tu Lector benevole, si lapsus sim in his primitiis Academicis, veniam non denegabis, sed omnia in meliorem partem explicabis.

SOLI DEO GLORIA.

dhibetur ; Sed verùm
communiùs in ſcriptura
uto inſtrumento aliqua
nera ſcribentem produ-
a committi poſſit, quæ
nſ. 77. num. 1. in f. Ec. C.
l. Tuto in pr. ff. ad Ma-
C. de falſ. ubi gloſſ. Me-
ſ. 306. num. 31. Bald. in
. Sic ſocius abredens
dicio vel coram arbitris
tenetur. Bald. conſ. 323.
c. quæſt. 150. n. 330. part.
ationum de jure ſtatuto
Farin. d. quæſt. num. 317.
privata diximus, hac ra-
non nociva, vel nemini
eus verſ. privatus C. ad L.
illa opinio, quæ ex Ca-
er ceſſans nocumentum
o, prout id jam ſuperius

ationis abrumpo. Tu
his primitiis Academi-
ſed omnia in me-
expli-

GLORIA.

mitti possit, nec impunibilis est, contra Castrens. *in cons. 151. num. 1.* qui statuit, falsum tale committentem esse impunibilem, quia illi nulla fides adhibetur; Sed verius est æque teneri de falso, qui illud committit in scriptura privata ac si in publica, quia & privato instrumento aliqua probandi vis inest, præsertim si contra scribentem producatur, ut & sic in hoc falso severius puniri possit, quæ communis Dd. opinio, Alex. *in cons. 77. num. 1. in f. lib. 1.* Menoch. *de præsumt quæst. 99. n. 10. l. Titio in pr. ff. ad Municip. l. pen. de incolis, ubi gloss. l. fin. C. de falsi. ubi gloss.* Menoch. *de Arb. Jud. quæst lib. 2. cas. 306 num. 31.* Bald. *in Rubr. C. de fid. instrum. n. 36. & seqq.* Sic socius abrudens librum rationum, postquam in judicio vel coram arbitris tali usus est scriptura, pœna falsi tenetur. Bald. *cons. 323. num. 1. vers. interdum lib. 4.* Farinac. *quæst. 150. n. 310. part. 12.* Mercator falsificans librum rationum de jure statuto vel consvetudine punitur de falso Farin. *d. quæst. num. 327.* sed superiora, quæ de scriptura privata diximus, hac ratione limitanda nisi scriptura sit non nociva, vel nemini præjudicium afferens. *gloss. in l. damus vers. privatus C. ad L. Corn. de falsi.* Sic enim obtinebit illa opinio, quæ ex *Castrensi* superius adducta, & propter cessans nocumentum alterius, cessabit etiam falsi crimen, prout id jam superius deductum.

Hic itaque telam meæ Disputationis abrumpo. Tu Lector benevole, si lapsus sim in his primitus Academicis, veniam non denegabis, sed omnia in meliorem partem explicabis.

SOLI DEO GLORIA.